CAN QVOQVAM.i.ab aliquo ad aliquẽ locum quo inquit ire possem,ubi non appareat:quemadmodum maiorea mei hostes fuerunt illius loci propter uos.Nã quicũq; fuerunt hostes uestri,fuerunt & familiæ nostræ propter societatem.℣ Postremo,ac si diceret.Etiam si haberem præter uos, unde præsidiũ petere possem:non peterẽ,quia auus noster Masinissa ita nos docuit,ne cũ aliquo populo societatẽ haberemus:nisi cum po.ro.Dicebat incolumi imperio ro. nos quoq; futuros incolumes,Et econtra ruente & cadente imperio Ro.nos & occasuros esse.℣ Ac diis uolentibus ac si diceret:benignitate deoꝝ.Et arguit a possibili.Nã qui petit,ea petere debet:quæ is ꝓstare possit a quo petit.℣ Virtute.s.uestra.℣ Diis uolen.i. benignitate deorum. ℣ Magni.s.nomine ac fama.℣ Opulenti.s.imperio.i.potentes & diuites,ac si diceret.Date operam:ut intelligam.Masinissam uera nobis prædixisse de uobis.Dixit.n.incolumi hoc imperio nos quoq; futuros incolumes.Nũc uestrum imperium incolume est:& magnũ atq; amplũ.Curate igitur:ut ego propter uestram societatem incolumis sim.Et ita concludit argumenta suæ cõfirmationis.℣ Omnia secunda.i.prospera.℣ Sociorum:confœderatoꝝ,quos nũc uulgo colligatos uocant.℣ Iniurias,sicuti est iniuria:quam mihi iugurtha intulit.℣ Tãtum illud uereor. Nũc transit ad cõfutationem. Confutatio est: per quam aduersariorum argumenta dissoluimus. ℣ Quos(inquit)intelligo priuata amicitia fauere iugurthæ & ambire unumquemq; uestrum: ne ipso absente,aliquid cõtra ipsum statuatis:& dicere:me fingere uerba:& simulare fugam:cum in regno manere potuerim,quod falsũ est.℣ Ne quos.i.aliquos.℣ Transuersos agat.i.peruertat & a recto deducat.℣ Maxima ope.i.maxima ui ℣ Niti.i.conari.℣ Ambire,blãditiis circũuenire ℣ Absente.s.iugurtha.℣ Fingere me uerba, subauditur, & audio illos dicere,me fingere uerba. ℣ Quod utinam.Per imꝓcationem uertit in iugurtham hoc:qđ de se dicunt aduersarii sui.Amici iugurthæ,dicunt me omnino fingere,sed utinã inquit ego aliquando uideam iugurtham sceleratum ita fingentem, & simulantem quemadmodum ego fingo, ut sic pœnas meritas luat scelerum suorum,quæ in patrem meum & fratrem Micipsam ausus est perpetrare.℣ Quod utinam idest sed utinam.Ordo est. Quod idest sed utinam uideam illum simulantem hæc eadem,illum dico, impio facinore,cuius sum proiectus in has miserias.Et aliqñ oriat cura reꝝ humanarũ aut apud uos, aut apud deos immortales, ut ille,qui nũc est ferox:atq; ꝓclarus suis facinoribus excruciatus oĩbus malis:reddat graues pœnas impietatis in parẽtẽ nostrũ,& pœnas miseriaꝝ meaꝝ.℣ Sceleribus suis ferox.i.indomitus:& imanis ꝓp scelera sua.℣ Præclarus: nobilis:ꝑ ironiã dictum.℣ Impietatis in parentẽ,qa a quo adoptatus erat in filium,eius filios impie persecutus est:

Argumẽtũ a possibili

an quoq; mihi adire licet:ubi nõ meoꝝ maioꝝ monumẽta hostilia plurima sint?an quisquam nostri misereri potest,q aliquando nobis hostis fuit?Postremo Micipsa,ita nos instituit.P.C.ne quem coleremus,nisi po.ro.ne societatẽ,neq; fœdera noua acciperemus,abunde magna præsidia nobis in uestra amicitia fore.Sed si huic imperio fortuna mutaretur una occidendũ nobis eẽ.uirtute,ac diis uolentibus magni & opulenti estis:omnia secunda,& obedientia sunt: quo facilius sociorum iniurias curare licet,tantum illud uereor:ne quos priuata amicitia Iugurthæ parũ cognita transuersos agat,quos ego audio summa ope niti,ambire,fatigare uos singulos ne quid de absente,incognita causa,statuatis.Fingere me uerba:& fugam simulare cui licuerit in regno manere?q; utinam illũ,cuius impio facinore in has miserias proiectus sum eadem hæc simulantem uideam,& aliquando,aut apud uos,aut deos immortales reꝝ humanaꝝ cura oriatᷓ,ut ille qui nũc sceleribus suis ferox,atq; ꝓclarus est,oĩbus malis ipse excruciatus,ĩpietatis in parentẽ nostrũ fratris mei necis,mearumq; miseriaꝝ graues pœnas reddat

ASCE.

CAN LICET mihi adire quoquam idest quouis gentium,ubi non sunt plurima monumenta idest indicia & uestigia hostilia idest hostilitatis maiorum meorum?quasi dicat,non quia ubiq; extant oppida,castella,pagi aut uillæ ab eis uastata.℣ An quisquam,qui aliquando fuit hostis nobis,potest misereri nostri?quasi dicat,non esse uero simile.℣ Postremo idest deniq; o patres conscripti,Micipsa scilicet pater meus instituit idest moribus imbuit & erudiuit nos ita,ne coleremus quem idest aliquem regem aut populum:nisi populum romanum,ne acciperemus societatem sup. nouã, neq; noua fœdera idest pacta pacis aut societatis,porca fœde cæsa in sacrificiis deorum quos testes inuocabant,percussa hoc est percutiendo porcam inita,& supple dixit.præsidia idest defensiones & custodiæ,magna abunde idest usque ad abundantiam.fore idest futura esse nobis,in amicitia uestra.℣ Sed supple dixit,si fortuna mutaretur:quoq; idest etiam:huic scilicet de quo loquor ut socius,quasi dicat nostro imperio idest si per aduersam fortunam contigerit Romanum imperium occidere(sicut tempore Hannibalis parum abfuit,& ita tacite monet Romanos casuum mortalium ut facilius miseros misereantur,iuxta quod dicit Dido Vergiliana æneid.primo.Non ignara mali miseris succurrere disco.)esse occidendum nobis:idest oportere nos occidere:una idest pariter cum imperio Romano.℣ Vos estis nunc uirtute scilicet uestra,& diis uolentibus idest fauore deorum magni & opulenti idest potentes,omnia sunt secunda idest ꝓspera:& obedientia idest cedentia uotis uestris:quo idest quocirca:licet idest licitum est facilius.supple uos curare iniurias sociorum.℣ Ego uereor tamen illud:ne priuata amicitia iugurthæ,idest priuatim contracta, parum cognita:quia si cognosceretur non foueretur neq; coleretur a quoquam:& ita nititur odium aduersarii inducere:agat quos idest aliquos uestrum transuersos idest extra tramitem æquitatis & iustitiæ:quos scilicet corruptos ego audio.i.intelligo niti.i. conari summa ope idest tota ꝓtãte:ambire.i.p ambitum precari,& fatigare uos singulos:ne quid statuatis de absente.s. iugurtha.& causa incognita,ut ipsi dicũt & ita per occupationẽ purgat ea q̃ ab aduersariis obiici possent.℣ Et sup.dicere,me fingere uerba.s.accusatoria,& simulare fugã,cui.s.mihi,licuerit manere i regno.℣ Quod utinã uideã illũ.s.iugurthã(cuius ĩpio facinore ego ꝓiectus sum in has miserias)simulãtẽ hæc eadẽ:sicut sup.ego simulo.i.utinã tã uere ꝓiectus eẽt e regno ut ego sũ:& cura reꝝ hũanaꝝ.i.ut res hũanæ recte & iuste se habeant,oriat aliqñ.i.tandẽ aut apud uos,aut apud deos imortales(.qđ stoice optat,nã epicurei.Nec curare deũ credũt mortalia queq̃)& ille ipse.s.iugurtha,q nũc ẽ.i. habetur ferox atq; ꝓclarus,sceleribus suis.i.p scelera sua:excruciatus oĩbus malis.i.aduersitatibus & pœnis:reddat graues pœnas ĩpietatis.i.ꝓp ĩpietatẽ ĩ parẽtẽ nr̃m & necis.i.ꝓp necẽ fratris mei hiẽpsalis & meaꝝ miseriaꝝ.i.ꝓp miserias meas.

Fœdera

CIAM tam

¶ IAMIAM animo meo chariſſime frater. Hic incipit cõcluſio: quæ tripliciter tractatur, aut per enumerationẽ: aut p indignationẽ: aut per conquæſtionẽ: hic concludit per conquæſtionẽ. Eſt autem cõquæſtio oratio auditorum miſericordiam captans. In hac cõquæſtione ex pluribus locis miſericordiam captat, ex primo loco: cum oñdit ex regno ad tantas miſerias eſſe deductũ: ex loco ſexto: quũ oſtẽdit præter ſpem in tantas calamitates incidiſſe: ex quartodecimo, quũ humili & ſupplici oratione obſecrat auditores: ut ſui miſereant, & ſibi opem ferãt. ¶ Iam iam color eſt qui dicit cõduplicatio quæ fit cum ratione amplificationis, aut cõmiſerationis eiuſdem unius: aut plurium uerbo℞ iteratio fit. Hic unius uerbi iteratio eſt: & orationẽ ad fratrẽ extinctũ uertit, ut nece idigna fratris commemorata: animi oium magis ad miſericordiã cõmoueãt. IOAN. CHRI. cõcluſio Cõquæſtio cõduplicatio

Iam iã frater animo meo chariſſime, q̃q̃ tibi immaturo, & unde minime decuit, uita erepta eſt, tñ lætãdũ magis, q̃ dolendũ caſum tuũ puto, non. n. regnum, ſed fugam exilium, egeſtatẽ & omnes has ærũnas: quæ me præmunt, cum anima ſimul amiſiſti. at ego infœlix in tanta mala præcipitatus ex patrio regno rerũ humanarũ ſpectaculum præbeo, incertus ſum quid agam, tuas ne iniurias perſequar: ipſe auxilii egens, an regno conſulã? cuius uitæ neciſq; poteſtas ex opibus alienis pendet: utinam emori fortunis meis honeſtus exitus eſſet, ne uiuere contẽptus uiderer, ſi defeſſus malis iniuriæ cõceſſiſſem. Nũc neq; uiuere libet mihi, neq; mori licet ſine dedecorẽ. P. C. obteſtor uos p liberos: atq; parẽtes ueſtros p maieſtatẽ Po. Ro. ſubuenite mihi miſero.

¶ Aio meo chariſſime. Affectũ ſuum erga fratrẽ oñdit. ¶ Immaturo. i. iuueni. ¶ Et unde. i. quo. ſ. a iugurtha ppiquo tuo, & frẽ adoptatiuo. ¶ Vnde minime decuit. Captat miſericordiã ex eo loco, p quẽ cũ indignatiõe cõquærimur, q̨ male tractemur ab his, a qbus minime cõueniat, ppinqs: amicis, qbus bñfecimus minime decuit. ſ. eripi. Ordo ẽ. O frater chariſſime aio meo, iã iã tñ puto eſſe lætandũ magis caſum tuũ q̃ dolẽdũ, q̃q̃ uita ſit erepta tibi immaturo, &. ſ. erepta ſit ab eo, unde. i. a quo minie decuit. ſ. eripi. ¶ Caſum tuũ. i. ppter mortẽ tuã. ¶ Nõ. n. Reddit cãm: quare magis lætãdũ ſit ex morte eius q̃ dolẽdũ. Melius fuit moriq̃ uiuere: ſicuti ego uiuo. ſ. in exilio, in egeſtate: in ærũnis hæc oia mala cum uita ſimul amiſiſti. ¶ Fugã. Declarat qd ſit fuga. i. exiliũ. ¶ Præmũt, affligũt, ærũnas. i. miſerias, & labores. ¶ Anima. i. uita. ¶ Præcipitatus. i. deiectus: ¶ Re℞ humana℞ ſpectaculum præbeo. Sine dubio ingẽti artificio hãc concluſionem tractat. Pauloante (inquit) rex eram, nuc in tanta mala deductus ſum, ut re℞ humana℞ ſpectaculum & exẽplũ ſim quia qui me aſpiciunt, diſcunt ex me, q̃ mutabilis ſit re℞ humana℞ natura, quia cũ pauloante rex fuerim, nunc ſiit tam inops & infœlix: doceo re℞ humana℞ naturã inſtabilem eſſe, atq; uolubilẽ. ¶ Incertus. i. dubius. ¶ Quid agã. Subiectio, quem colorem etiã ſupra tractauit. ¶ Tuas ne iniurias perſequar, ipſe auxilii egens. q. d. nõ adhuc perſequar fratrẽ extinctũ ab eo. ¶ An regno conſulam. i. puidebo. q d. nõ poſſum cũ uita mea & mors in poteſtate alio℞ ſit poſita. ¶ Tuas ne iniurias perſequar, ipſe auxilii egens. O frater an perſequar eũ qui tibi iniuriam attulit, cũ ego indigeam auxilio. q. d. nõ poſſum: nõ. n. poſſum tibi ad uindicandas iniurias auxiliũ afferre, cũ ego ipſe egeam auxilio. ¶ An regno. ſ. meo. Subiectio
¶ Cuius. ſ. mei. Ordo. An ego cõſulã regno cuius poteſtas uitæ, & necis pendet ex alienis opibus, uita inqt mea & mors ex alio℞ pendet auxilio. Nã ſi mihi afferẽ auxiliũ uiuã, ſi negatur auxilium moriar. ¶ Ex opibus alie. i. ex pſidio alieno. ¶ Vtinã emori, fortunis meis honeſtus exitus eẽt, ne uiuere contemptus uiderer, ſi defeſſus malis iniuriæ conceſſiſſem. ¶ Vtinã inquit pro dignitate mea honeſte mori poſſem, ne turpiter, & cũ dedecore uiuere uidear: ſi malis defatigatus iniuriam phibere: & ſuperare nõ ualẽs, in regnũ nõ rediero. Atq; ita: neq; mihi uiuere placet: neq; mori poſſum ſine dedecore. Adherbal in eo ſtatu: quo erat, nec mori: nec uiuere honeſte poterat: quia regno, & dignitate: & fortunis omnib⁹ ſpoliatus tanq̃ hõ priuatus: turpiter cũ dedecore & uixiſſet. & mortuus eſſet. Quia ergo neutrũ honeſte facere poterat: remediũ quoddã petit a ſenatu, populoq; ro. ut pſidio eius reſtituat in regnũ. ¶ Vtinã emori. i. utinã mors eẽt honeſtus finis ſtatui meo: & hoc eſt qd dicit. ¶ Cõtẽptus. i. neglectus ſpretus. ¶ Iniuriæ cõceſſiſſem. i. locũ dediſſem iniuriæ: qd ẽ locũ dare iniuriæ, niſi uinci ab iniuria: & iniuriã ſuperare nõ poſſe. Nũc neq; uiuere libet: qa regno pulſus, & fortunis oib⁹ ſpoliatus cum dedecore uiuo. ¶ Neq; mori licet. i. nec mori poſſum ſine dedecore eadem ratione. ſ. quia ſm dignitatem generis mei, regno amiſſo, & fortunis omnibus priuatis mori non poſſum. ¶ Subuenite mihi miſero. Ite obuiam iniuriæ. Diſſolutio eſt, quæ fit cum oratio, coniunctionibus ex medio ſublatis, ſeperatis partibus efferẽ. Diſſolutio
¶ IAMIAM. facit apoſtrophen ad fratrẽ occiſum dicens. ¶ Iãiam. i. potiſſimũ iam, o frater. ſ. Hiempſal: chariſſime aio meo, q̃q̃ uita eſt erepta tibi imaturo, qa in flore ætatis. imo incũte iã adoleſcẽtia, & uñ. i. ab illo abs quo decuit minime. ſ. eam tibi eripi, qa patrueli & fratre adoptatiuo. bñficio pr̃is in regni parẽ accito, tñ ego puto caſũ tuũ magis lætãdũ. i. lætitia pſequendũ, q̃ dolẽdũ: quia lætor dure paſſiue ponit ſunt q legãt ob caſum. Cauſam affert dicens. ¶ Nõ. n. amiſiſti tãtũ regnũ quod bonũ uidebaẽ: ſed amiſiſti ſimul cũ aĩa. i. uita, fugã, exiliũ: egeſtatẽ & oẽs has ærũnas. i. calamitates & miſerias: q pmunt me. Et eſt ſummi doloris indiciũ optare mortẽ ut æneæ. i. O terq; quaterq; beati. Quis ante ora patr℞ troiæ ſub mœnibus altis. Cõtigit oppetere &c. ¶ At ego infœlix pcipitatus ex patrio regno. q. d. ex ſumma fœlicitate, in tanta mala, pbeo ſpectaculũ. i. ſpeculũ: re℞ humana℞. q. d. tragicũ argumetũ exiſtens incertus qd agã: ne p an ego pſequar. i. ulciſcar tuas iniurias, exiſtens ipſe egens auxilii: an ego cõſulam. i. conſilio proſpiciam regno: ego (inquit) cuius uitæ & necis hoc eſt mortis uiolentæ: poteſtas pende: ex opibus. i. potentiis alienis, quia ſi romani adiutores fuerint, uiuet: ſin deſtituerint eũ necandus uideẽ. Soldus legit per ſubiectionem interrogatiue ſic. ¶ Incertus ſum quid agam. ¶ Tuas ne iniurias perſequar. ¶ Ipſe auxilii egẽs. ¶ An regno cõſulã? Cuius &c. ut ſit ordo. ¶ Ego ſum icertus qd agã. ¶ O frater pſequar ne tuas iniurias? q. d. nõ quia ipſe ſup. ſum egens auxilii. ¶ An cõſulã hoc eſt pſpiciã & pſim regno? q. d. nõ qa ſum cuius &c. ¶ Vtinã e mori hoc ẽ extigui eẽt hõeſtus exitus fortũis meis. ſ. aduerſis. Alii hñt poſſem: ut ſit utinã poſſem emori: & ſup. ſic hõeſt⁹ exit⁹ eẽt fortũis meis, ne ego uiderer uiuere exñs cõtẽptus: ſed meli⁹ cõtẽtus ſcribeẽ, ne ego uiderer cõtẽt⁹ uiuere, ſi ego defeſſus hoc ẽ defatigat⁹ malis. i. aduerſitatib⁹. ceſſiſſẽ iniuriæ. i. utinã hõeſte mori eẽt: ne putarer cõtẽt⁹ uiuere ſi ceſſiſſẽ iniuriæ nõ redeũdo i regnũ, qa defeſſus malis. ¶ Nũc neq; libet mihi uiuere qa turpe ẽ, neq; licet mori ſine dedecoẽ, qa turpe eẽt defeſſũ malis regẽ cedere iniuriæ. ¶ P. C. ego obteſtor uos p liberos atq; parẽtes ueſtros p maieſtatẽ po. ro. ſubuenite mihi miſero. ite obuiã iniuriæ, nolite pati regnũ numidiæ quod eſt ueſtrum. ASCE.

IOAN. CHRI.

CITE OB niam iniuriæ.i. iniuriā phibete arcete:repellite. ¶ Regnū Numi.quod uestrū est:qd' est ualidissimū argumētū: & primū: & ultimū ponit. Vult.n.hoc inhærere ais auditoꝝ:regnū Numidiæ eē nō suū,sed po.ro. ¶ Per scelus & sanguinē,cædē fratris sui a iugurtha pperratā notat:ut animi auditoꝝ cōtra iugurthā ad indignationē & odiū cōcitent. ¶ Tabescere.i.corrūpi. ¶ Postq̄ finita ōfone Adherbalis:dicit qd ex altera parte legati rñderit. ¶ Largitione:quā fecerant:ut supra dixit. ¶ Quū causa eoꝝ turpis erat. ¶ Fræti:confisi. ¶ Pauci.i.cū paucis uerbis. ¶ Hiēpsalē ob.hoc falsū est. Adherbalē ultro bellū inferentē.Et hoc quoq; est falsū. ¶ Vltro.i.sponte:quū puocatus nō esset. ¶ Quæri:pro cōqueri.

Ite obuiā iniuriæ:nolite pati regnū Numidiæ,quod uestrū est p scelus:& sanguinē familiæ nostræ tabescere.Postq̄ rex loq̄ndi finē fecit.Legati iugurthæ largitōe fræti magis q̄ cā paucis rñdent.Hiempsalē ob sæuitiā suā a Numidis interfectū.Adherbalē ultro bellū inferentē,postq̄ superatus sit; q̄ri q̄ iniuriā facere neq̄sset. Iugurthā ab senatu petere ne se aliū putarēt:ac Numātiæ cognitus eēt,neu uerba inimici ante facta sua ponerēt.Deinde utriq; a curia digrediunt̄.Senatus statim consulit̄.Fautores legatoꝝ, præterea senatus deprauata gratia magna pars Adherbalis dicta contēnere. Iugurthæ uirtutē extollere laudibus,gratia,& uoce.Deniq; oibus modis pro alieno scelere,sua quasi pro gloria nitebantur.At contra pauci:quibus bonū & æquum carius diuitiis erat subueniendū Adherbali,& Hiempsalis mortem seuere uindicandam cēsebant,sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus impiger,factiosus, auidus potentiæ, honoris, diuitiarum. Cæterum uitia callide sua occultans. Is postquam uidet regis largitionem famosam,

¶ Adherbalē,p oia subaudit̄ rñdēt uel dicūt:nā rñdentes dicebāt. ¶ Ac Nu.co,eēt uirtutē iugurthæ in bel'o Numātino monstratā in memoriā reducunt. ¶ Ac:pro q̄. ¶ Vtriq;,& rex:& legati. ¶ Curia.i.senatu. ¶ Cōsulit̄.i.rogat̄.Nā q senatū rogabat ꝓposita re de qua deliberādū eēt:unū- quēq; senatorē rogabat ut sniam suā diceret:deinde quū sup ea re satis dictū uideret̄,senatores

Ire pedi b⁹in sen tentiam

in sniam mittebant̄.Nā ab una pte curiæ in alterā partē transferebant̄. Et hoc erat ire pedibus in sniam qcquid maior pars decreuisset scriptis notabat̄.Et id tale dicebat̄ senatuscōsultū uel decretū senatus. ¶ Deprauata gratia.i.ficta & corrupta ipsa gratia:siue per gratiā. ¶ Cōtēnere dicta Adherbalis,p cōtēnebāt. ¶ Extollere iugurtur.p extollebāt.i.laudabāt. ¶ Nitebant̄ p gloria.i.certābāt. ¶ Pro alie.sce.s. ipsius iugurthæ ita cōtēdebāt p scelere iugurthæ, ut scelus iugurthæ defenderent:q & Hiēpsalem interfecerat:& Adherbalē regno spoliauerat. ¶ At cōtra bonū & æquū.i.honestū,& iustū.i.honestas,& iustitia. ¶ Seuere.i.iuste & p merito uindicandū.i.puniēdū. ¶ Censebant,iudicabāt. ¶ Sed ex omnibus maxime æmilius Scaurus.s.censēbat. Super oēs æmilius Scaurus censebat adherbali eē subueniendū:& iugurthā eē puniendū:qui Scaurus,q̄uis auarus.& diuitiaꝝ cupidus,esset, tamē non pmisit se a legatis pecunia corrumpi,quia uidebat eam largitionē tam aperte:& impudenter fieri:ut inuidiā in eos qui corrupti essent,accendere posset.Mores autē Scauri describit,hac de causa:quia quū diuitiaꝝ & potentiæ cupidus esset,mirum uidet̄,q̄ & ipse nō fuerit a legatis largitione corruptus:sed Sal.cām ondit,quare nō permiserit se corrūpi: & dicit: Scaurus quidem erat potentiæ cupidus & diuitiaꝝ,sed sua uitia calide & astute occultabat. Nolebat.n.ut omnes uitia sua intelligerēt.Et ideo quū uideret eam largitionē,quā legati iugurthæ faciebant:esse nimis apertā,& impudentē:ita ut inuidiam accendere posset,& continuit seipsum & nihil pecuniaꝝ a legatis iugurthæ accipere uoluit:& propterea libere contra iugurthā in senatu locutus est.Et hoc est quod dicit.Homo nobilis ex gente patricia. ¶ Impiger, in laboribus exercitatus. ¶ Factiosus:quia factiōes amabat. ¶ Auidus,cupidus. ¶ Calide:astute:malitiose. ¶ Is postq̄.Ordo est.Is ueritus.s.id qd solet fieri in tali re.s.ne polluta licētia accēderet nimiā inuidiā,cōtinuit aium a cōsueta libidine,postq̄ ille uidet famosam,& ipudētē largitionē regis.Regis.s.iugurthæ,q̄ faciebāt legati eius. ¶ Famosam.i.infamē.& turpem.

ASCB

TABESCERE.i.corrumpi per scelus.s.iugurthæ & sanguinem familiæ nostræ. ¶ Postquam rex loquendi fi.fe. Post orationem adherbalis affert sententiam responsorum per legatos iugurthæ:qui magis in pecunia q̄ in facto aut iusta causa domini sui confisi paucis respondebant,querelæ iustissimæ ipsius regis:id pro summo fundamēto habētes q̄ iugurthæ mores Scipioni imperatori populoq; ro.iampridem satis noti essent.In qua monendi sumus nō nimium esse cōfidēdū adolescētiū p̄sertim morib⁹ q sæpe deteriores fiunt.Ordo igit̄ est. ¶ Postq̄ rex.s.adherbal,fecit finē loquendi.i.cōticuit legati iugurthæ.i.missi ab iugurtha:fræti magis largitione iugurthæ q̄ cā.i.iusta ipsius:rñdent paucis sup. uerbis.Nota.n.raro addunt̄ unde dicimus:breui:paucis.recta:si q̄,dextra maiores & similia:subaudiēdo,tpe,uerbis,ua-

Breuitatis cū sub audita

tōne:manu:natu uel tpe.Rñdēt Hiēpsalē eē,interfectū a numidis,callide tacēt q̄ iussu iugurthæ:ob sæuitiā suā:quia natura ferox & superbus reuera erat. ¶ Respondēt aut respondētes dicunt adherbalē inferentē.s.iugurthæ, bellū ultro.i. priusq̄ lacessitus sit:q̄ri.i.cōqueri.postq̄ sit superatus:q̄ nequisset facere iniuriā,& dicūt iugurthā petere ab senatu,ne se putarēt aliū,ac.i.q̄ eēt cognitus.i.Scipioni & exercitui ro.numantiæ id est apud numantiā in Hispania,unde laudatissimus redierat,neu.i.neue.i.dicūt eū petere,ne senatores:ponerent uerba inimici.s.adherbalis,ante facta sua.s.iugurthæ: ¶ Deinde postq̄ id orauerāt,utriq; tā adherbal q̄ legati digrediunt̄ a curia.s.senatoria. ¶ Senat⁹ cōsulit̄.i.rogat̄ sniam qd fieri debeat statim post abscessum contendentiū. ¶ Fauto:es legatoꝝ & præterea.i.præter eos magna pars senatus.i.senatoꝝ deprauata.i.corrupta:gratia.i.beniuolentia in iugurtham aut fautores eius,aut gratitudine ob dona eius,cōtēnere.i.cōtēnebant dicta adherbalis:& extollere.i.extollebāt uirtutē iugurthæ,laudibus.i.plausibus manuū,gratia idest beniuolentia uultus,& uoce.i.sermone. ¶ Deniq; nitebant̄ oibus modis p scelere & flagitio alieno.s.iugurthæ:supple defendēdo & purgādo:quasi.i.pinde atq; niterētur:p sua.i.ppria,gloria sup.augēda. ¶ At.i.sed cōtra.i. ecōtrario,pauci (sicut fere ubiq; pauciores sunt boni.unde Iuue.Rari quippe boni)quib⁹ bonū.i.iustū & æquū erat carius.i.dilectius & acceptius diuitiis,censebant.i.iudicabāt,subueniēdū sup.eē adherbali:& mortē Hiēpsalis uindicādā.i.uindictā prosequēdā seuere.i.rigide. ¶ Sed ex oibus maxime sup.cēsebat id Aemilius Scaurus homo nobilis ipiger.i.strennuus:factiosus .i.seditiosus,auidus.i.cupidus potētiæ,honoris,& sup.diuitiaꝝ.Cæteꝝ occultās uitia sua.s.ambitionē & auaritiam:callide.i.uersute. ¶ Et ita is.s.Scaurus:postq̄ uidet largitionē regis.s. iugurthæ famosam.i.infamem.

IMPVDENTEM

¶IMPVDENTEM:qa nimis apte:& ĩpudẽter eã largitionẽ faciebãt.¶Verit⁹.i.timẽs.¶Qđ i tali re fie.fo.Sic.n. euenire folet:ut eiufmõi largitiões odiũ,& iuidiã pariãt:qa corrũpũt uerꝫ ai iudiciũ.Nã cũ hõ uel pecuniis,uel mũere ali quo:uel gr̃a corruptus ẽ:nõ dicit id qđ fentit:& plærũqꝫ nõ fentit id qđ fentire debet.¶Ne pollu.licẽtia.i.ne turpis & ĩhonefta largitio.¶Accẽderet:cõcitaret.Aium a cõfueta libidie cõtinuit,qa nihil a legatis accipe uoluit.¶A cõfu.libidi ne,nã fupra dixit eũ fuiffe cupidũ diuitiaꝝ.Dicit tñ,q̃uis pauci fenatores:& maxie Scaurus:cui⁹ magna erat in fenatu au thoritas cõferẽt.Iugurthã eẽ puniẽdũ,& adherbali fubueniẽdũ,tñ fautores iugurthæ uicerũt.f.ne qđ cõtra ipm decerne- IOA N CHRI

impudẽtẽqꝫ, uerit⁹ qđ i tali re fieri folet,ne polluta licẽtia ĩuidiã accẽderet,aium a cõfueta libidie cõtinuit. Vicit tñ ĩ fẽatu ps illa,q̃ uero pciũ:aut gr̃am añferebat.Decretũ fit: uti decẽ legati regnũ:qđ Micipfa obtinuerat, iter iugurthã, & Adherbalẽ diuiderẽt.cuius qdẽ legatiõis pĩceps fuit.L. Opimius hõ clarus,& tum in fenatu potens, q cõfulibus,

ref,uidelicet,ne p tãtis fceleribus puniref.Nã ue rebaf fe regno,& uita fpoliari,quẽadmodũ ipfe Hiẽpfalẽ iterfecerat,& adherbalẽ regno puaue- rat.¶Pars illa,uidelicet fautores iugurthæ q cor rupti erãt pecũia:& q pponebãt pecũiã,& gr̃am ueritati.¶Quę uero pciũ,aut gr̃am añ ferebat.i. q pponebãt pecuniã,& gr̃am ueritati.¶Vero.i. ueritati.¶Decretũ fit.Dicit qđ decreuerit fena- t⁹.Decreuit fenat⁹ ut eligerẽt decẽ legati ex Ro. q diuiderẽt regnũ totũ,qđ Micipfa tenuerat:iter adherbalẽ & iugurthã.¶Qui cõful.C.Graccho.&.M.Fuluio Flacco.iterfectus accerrime uictoriã nobilitatis in plæbẽ exercuerat.Dicit q̃obrẽ.L.Opimius pĩceps illius legatiõis eo tpe fuerit potẽs i fenatu.Hic Lucius Opimius accerrime p dignitate:& ptibus fenatus cõtra plæbẽ,&.C.Gracchũ tribunũ plæbis dimicauerat,cũ eẽt cõful.Res aũt ita gefta eft. C.Gracchi hiftoria
C.Gracchus tribunus plæbis plures leges ad minuedã nobilitatis potẽtiã:& ad cõciliãdã fibi populi beniuolẽtiã tulit: ueluti de coloniis deducẽdis:de ueftibus publice militibus dãdis fine ftipẽdioꝝ diminutione:de iunioribus decẽ & feptẽ annis ad militiã nõ cogẽdis,tulit & de fuffragiis focioꝝ:pares italos:& ciues cõftituẽs.Tulit:& frumẽtariã legẽ:de anno na pauperibus affignãda.Tulit de iudicibus deligẽdis.Nã cũ foli antea fenatores iudicarẽt:ob eãqꝫ rẽ a plæbe timerenf, trecẽtos ex eqſtri ordine iudices adiecit,parẽ fenatoribus numerꝫ ftatuẽs,hæc lex potẽtiã fenatus magna ex pte pcidit:ac minuit.Vias:lapide,laborato,& arenã fũma diligẽtia muniuit.Ob hæc cũ fe fũme gratũ a pp̃lo credidiffet.C.Fãniũ ami cũ fuũ ad cõfulatũ gr̃a & fauore fuo puexit.Ipfe tri.plæbis fcđo creatus ẽ,plæbe id iubẽte:fine ulla ipfius petitiõe.Sed cũ fenatũ fibi ifeſtũ aiaduerteret Fãniũ uero cõfulẽ ob id ipm minus potẽtẽ,qa fibi amicus erat:rurfus aliis legib⁹ pmul gatis:aios plæbis fufcitauit Colõias Tarẽtũ:atqꝫ capuã mittẽdas,& latinos i cõionẽ ciuitatis uocãdos decernẽs.Sed quũ L.Opimi⁹ fact⁹ cõful mltas ex legib⁹a.C.Gr.latis abrogare decerneret.erat.n.ei inimic⁹,q Graccho Fãniũ amicũ fuũ i comitiis pferret,repulfã cõfulat⁹ antea accepat.Gracch⁹ mltitudie collecta aduerfus cõfulẽ refiftere ftatuit:amicis ei⁹ & maxie Fuluio Flacco uiro cõfulari familiari fuo:& i diuifiõe agroꝝ collega cohortãte eũ:atqꝫ icitãte. Quo die Opi. de abrogãdis legib⁹ Gracchiãis erat laturus pria luce ab utrifqꝫ Capitoliũ occupat,ibi dũ cõful facra feciffet:mifter qdã Antillus noie itẽftina afportãs,illis q circa Fuluiũ erãt,dixit.Cedite bonis ciuib⁹ mali ciues,quo dicto mifter a Fuluianis ftati occidif.Ea de re.C.Gracchus qdẽ idoluit.At.L.Opimi⁹ cõful,q̃fi data occafiõe,ad ulcifcẽdũ fuos hortatus ẽ.Imber ea die certamẽ diremit.Poftero die cõful fenatũ fũmo mane i curiã uocat:ibi dũ de rep.ageref corp⁹ Antili cũ plãctu fe- cus curiã deferf fimulãte cõfule:id fe mirari:fenatu egredif,& ad idignationẽ cõcitat⁹ decreuit:ut Opi.conful uideat,ne qđ refp.detrimẽti capiat,ille ftati iubet:ut fenatus arma capiat.atqꝫ eqtes Ro.finguli binos fuos cũ armis poftridie ad- ducãt.At Ful.ꝯtra fe pare:& plębẽ colligef cœpit.Igif poftero die Ful.cũ armatꝭ hoib⁹ mõtẽ auẽtinũ occupat,hũc fecut⁹ ẽ Gracch⁹ triftis nec armat⁹:fed uelut i foꝝ itur⁹ togat⁹,puo dũtaxat gladio accict⁹,ubi Gr.cũ fua mltitudie fe Fuluio cõ iũxit,cõi cõfenfu miferũt iuniorẽ filiũ Fuluii cũ caduceo ad fenatũ,& cõfulẽ,q de cõcordia ageret,cõful Opimius rñdit:fi de cõcordia agere uellẽt,de Auẽtio defcẽderẽt.& fe iudicio Senat⁹ pmitterẽt,ac ueniã poftularẽt.Qđ quũ adolẽfcẽs grac cho & pr̃i retuliffet,ferũt.C.Gracchũ uoluiffe ad fenatũ defcẽdere.Sed cæteris nõ pbãtib⁹,iterꝫ remiffus ẽ adolefcens cũ mãdatis fiſib⁹.At Opimi⁹ pugnãdi cupid⁹,puero i cuftodiã tradito,cõtra Gr.& Fuluiũ cũ mltitudie armatoꝝ ac fagitta rioꝝ Cretẽfiũ pfect⁹ aduerfarios pſio cõmiſſo pturbat:& i fugã uertit,Fului⁹ i quoddã balneũ fe cõiecit:ac paulopoft de phẽfus cũ maiore filio occidif.Gracch⁹ fugiẽs quũ in tẽplum Dianæ fe cõtuliffet,& fibi ipfe uim inferre uellet:a Licinio & Pomponio fideliſſimis familiaribus phibitus eft.Itaqꝫ in fugam cõuerfus quũ aduerfarii iuxta põtẽ ligneũ illũ iã affe querẽf.Licinius & põpo.amici fe obiiciẽtes nõ prius queq̃ trãfire permiferunt,quam ipfi pugnãtes occifi funt.


¶ET ipudẽtẽ.i.iuerecũde factã,ueritus fup.id qđ folet fieri i tali re,ubi potẽtiores corrupti fũt:ne lnia.i.potẽtiũ,pollu ta.i.uiolata p largitionẽ,accẽderẽt iuidiã.i.odiũ,fiqs obuiaret,fpe cõtinuit aium fup.fuũ a libidie.i.auiditate factionis & nouaꝝ reꝝ:cõfueta fup.fibi.¶Tñ.i.tãdẽ aut nihilominus licet pauci cãæ ueræ fauerẽt,tñ illa ps.f.maior q̃ añferebat ue ro.i.ueritati aut iuftæ q̃relæ,pciũ aut gr̃am.i.fauorẽ fuoꝝ:uicit i fenatu,ita ut nihil duri⁹ i iugurthã decernerẽf.Vñ feqtur ASCE.
¶Decretũ fit.i.decernif l fenatu:uti.i.ut decẽ legati,miffi.f.i numidiã:diuiderẽt iter iugurthã & adherbalẽ,regnũ qđ mi- cipfa obtinuerat.¶Cui⁹ legatiõis pĩceps fuit.L.Opimi⁹ hõ clar⁹ & potẽs tũ.i.tũc i fenatu,q.C.Graccho &.M.Fuluio Flacco cõfulib⁹ iterfectis.f.pp leges poplares exercuerat accerrime,in.i.cõtra plæbẽ uictoriã nobilitatis q̃ obtinuerãt no biles iterfectis tribu.plæbis.Sane Gracchus ut pp̃lo placeret tulit leges de deducẽdis coloniis & ueftib⁹ publice militi- b⁹ dãdis fine ftipẽdioꝝ diminutiõe.de minorib⁹.xvii.ãnis ad militiã nõ cogẽdis,de fuffragiis focioꝝ pares italos & ci- ues cõftituẽs.Et pcipue legẽ frumẽtariã de annona paupib⁹ affignãda.De iudicib⁹ delegendis extra fenatũ.Quo fauore Leges gracchi
fræt⁹.C.Fãniũ amicũ fuũ ad cõfulatũ pduxit:tribun⁹ plæbis cõftitut⁹.Sed.L.Opimius in cõfulatu fuo plurib⁹.Gracchi legib⁹ abrogauit,renitẽtib⁹ Graccho & amico ei⁹ tũc cõfule.M.Fuluio:uñ orta feditiõe:Fului⁹ Auẽtinũ occupat quem Seditio
Gracch⁹ feqf triftis & puo dũtaxat gladio accict⁹.uñ iuniorẽ filiũ Fului cũ caduceo ad fenatũ & confulẽ de concordia mifit q retulit cõfulẽ decreuiffe fi cõcordiã pẽterẽt Auẽtinũ defererẽt,quo audito uoluit Gracchus ad fenatũ pficifci,fed cæteris id nõ pbãtib⁹ fili⁹ remiffus i carcerẽ cõiect⁹ ẽ a cõfule auido pugnæ.Nã ftati cũ magna manu l auẽtinũ irrũpit, Fuluii mors
aduerfarios i fugã uertit.uñ Fului⁹ fe i quoddã balneũ cõiecit ac paulopoft cũ maiore filio deprẽfus occidif Gracch⁹ in ædẽ Dianæ pfugit:ubi cũ fibi uim ĩferre uellet a Licinio & Põ.fideliſſimis familiarib⁹ phibit⁹,cũ aufugere uellet ab ad gracchi mors
uerfariis i põte ligneo deprẽfus fuiffet nifi familiares illi fe p illo morti oppofuiffet.qb⁹ cadẽtib⁹ i facꝫ deaꝝ nem⁹ pfugit ibiqꝫ a philocrate fuo q cũ illo aufugerat.id expoftulãs occifus eft,q occifo dño fupuiuere nolẽs fe quoqꝫ interimit.

IOAN. CHRI. ¶ CVM.C.Gracctho Seruus unus aufugerat Philocrates:ac quum uniuersi certatim eū hortarent:nemo tamen auxilium præstaret:nec petenti equum quisq̄ cōcederet & iā aduersarii adessent:equum in se sacrū deaꝝ nemus proripuit: ibiq; a Philocrate seruo occidit:q primo dn̄m deinde seipsum peremit. Caput eius abscisum:& Septumuleo quodā relatū. statera deinde impositū libraꝝ.x.&.vii.ac dimidiæ pondus traxit:detracto cerebro:& ꝑ eo plūbo īfuso a Septumuleo:ut æquū pōdus auri de publico ut erat ꝑmissum:acciperet. In eo certamine cæsa sunt circiter tria milia hoīum ex plæbe. Corpora.C.Gracchi,& Fuluii:& alioꝝ hoīum in Tyberim ꝓiecta sunt:bonaq; eoꝝ publicata,edictū est mulieribus ne lugerēt. ¶ Accerrime uictoriā nobilitatis in plæbē exercuerat. Nā ut supra apparet. Opimius cōsul uictor cū tota nobilitate tria milia hoīum ex plæbe occidit: & qđ crudelissimū fuit,occisos sepultura spoliauit: cadaueribus in Tyberim ꝓiectis. ¶ Eū iugurtha. Opimius princeps legationis:cū ad iugurthā uenisset. splēdide susceptus est a rege,atq; ab eo pecunia corruptus cōmodū regis famæ:& fidei suæ āposuit. Ob q̄ rē quū Ro. redisset:cū summo dedecore in iudicio dānatus est:ut tradit Plu. in uita Gracchorū ¶ Accuratissime,diligētissime. ¶ Perficit:obtinuit. ¶ Famæ:fidei:qa pecunia corruptus Opimi⁹ pluris faciebat cōmodū regis,q̄ famā suā & fidē. Nā in diuisione regni meliorē pcē, iugurthæ assignauit. ¶ Eadē uia.i.eadē rōne.s.largitione pecuniarum. ¶ Plærosq;,maiorē partē legatoꝝ pecunia corrupit,pauci tamen ex ipsis corrumpi non potuerunt. ¶ In diuisione,dicit meliorem partē regni per legatos iugurthæ fuisse assignatā,pulchriorem uero Adherbali. ¶ Quæ pars subauditur ea.s.pars Mauritaniæ in qua habitant Mauri ¶ Illam al. Ordo est. Adherbal possedit illam alteram partē, potiorem specie.i.pulchriorē, quā utiliorem. ¶ Spē idest pulchritudine. ¶ Quam usu.i.utilitate. ¶ Quæ por.quia hæc pars plures portus habebat. ¶ Res.i.propositum. Postulat exigere. ¶ Sed quæ loca. Ordo ē. Sed ego haud facile narraui compertum de his.s.locis & nationibus quæ loca:& nationes sunt minus frequentata,aut asperitate aut solitudie ob calorem. De situ Africæ totius uidet esse dicendum: sed quoniam in africa loca sunt: & nationes: ad quas homines accedere non possunt propter asperitatē: & solitudinem ipsorum locoꝝ:quæ est in eis locis propter solis calorē.ideo de his locis non dicam:quia de his uerā non habemus cognitionē. ¶ Ob calorē,nā africa in meridie posita est:& circa eā calor solis uehemēter exestuat ,adeo:ut multa loca habitari nō possint propter solis calorē, de quibus locis se facile dicere nō posse affirmat

Conceptio ¶ Aut asperi.aut solitudine minus frequentata. Conceptio generis est,nam neutrum genus cōcipit masculinum & fœmininū ut hoc loco. Cum dixisset:loca & nationes intulit frequentata & neutro respondit. Dicit enim ea loca non esse frequentata & celebrata propter locorum nimiam asperitatem & solitudinem quæ est in eis locis,& hoc propter nimium solis calorem:& ideo ad ea loca rarissime homines accedunt & propterea de his perfecta & uera cognitio haberi non potest:& cum uera non possit haberi cognitio,de his dicit se non esse scripturum. ¶ Compertum, cognitū. ¶ Cætera qua paucissimis absoluā idest reliqua loca uidelicet,quæ sunt frequentata:& de quibus potest haberi certa noticia,

Absoluere paucis uerbis exponam. ¶ Quam paucissimis idest ualde paucis uerbis. ¶ Absoluam idest perfecte exponam. Nam absoluere est perficere,ita ut nihil desit. ¶ Absoluam.i.dicam,& exponam.

C.Gracctho,&.M.Fuluio Flacco iterfectis accerrime uictoriā nobilitatis i plæbē exercuerat,eū Iugurtha,tāetsi Romæ in amicis habuerat,tamē accuratissime accepit. Dando & pollicendo multa pfecit:uti famæ,fidei,postremo oib⁹ suis reb⁹ cōmodū regis āferret. Reliquos legatos eadē uia aggressus ē. plærosq; capit,paucis charior fides,q̄ pecūia fuit.



Indiuisione regni,q̄ ps Numidiæ mauritaniā attingit agris uirisq; opulentior iugurthæ tradit. illā alterā specie potiorē quā usu,quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat. Adherbal possedit. Res postulare situ Africæ uidet paucis exponere,& eas gētis,qbus cū nobis bellum,aut amicitia fuit attingere. Sed quæ loca & nationes ob calorē,& asperitatē inter solitudines minus frequētata sunt:his haud facile cōpertū narrauerim. Cætera q̄ paucissimis absoluam.

ASCE. ¶ IVGVRTHA tametsi hoc est quāq̄ habuerat Romæ:eum scilicet Lucium Opimium in inimicis idest inter inimicos suos:tamen accepit eum accuratissime hoc est cum summa cura. ¶ Et perfecit dando & pollicendo multa, uti.i. ut anteferret scilicet opimius,famæ,fidei & postremo omnibus rebus suis:commodum regis scilicet Iugurthæ. ¶ Iugurtha aggressus reliquos scilicet nouem legatos,eadem uia scilicet dando & pollicendo multa. capit idest in sententiam suam adducit plærosq;:quia fides fuit paucis charior q̄ pecunia. ¶ Ea pars Numidiæ quæ existens opulētior agris & uiris,attingit mauritaniam,traditur iugurthæ in diuisione regni. ¶ Adherbal possedit illam alteram potiorem hoc est meliorem specie quæ usu.i.utilitate:quæ erat portuosior hoc est habens plures portus & magis exornata ædificiis. ¶ Res.i.utilitas & cōmoditas dicēdoꝝ.uidet expostulare,exponere.i.ut exponā paucis situm africæ: & attingere eas gentis.i. gētes,quibuscum hoc est cum quibus fuit nobis bellum aut amicitia. ¶ Sed ego narrauero(alii narrauerim legunt ꝑteritū pro futuro)haud facile cōpertū.quia nō est facile cōpertum:de his sup.locis & natiōibus:q̄ loca & natiōes sunt minus frequentata ob calorem & asperitatem inter solitudines.sed absoluam q̄ paucissimis cætera.

IN diuisione

IOAN CHRI.

In diuisione. Dicit cōem esse opinionē scriptoꝝq orbis terraꝝ in tres partes diuisus sit. s. Asiā, Europā, & Africā. Fuerunt tñ qui dicerēt orbē terraꝝ tantū in duas partes esse diuisum. s. in Asiam & Europā. Et hmōi Africam in parte Europæ posuerunt. ¶ Plæriq. i. maior para scriptoꝝ. ¶ Posuere. i. scripsere. Nā ponere significat scribere. Horatius. Scriptor honoratum: si forte reponis Achillem. Iuue. Semp ego auditor tantū, nunq̄ ne reponam. i. rescribam. Persius. Scis ponere lucrum. ¶ Pauci tantū: subaudi posuere. ¶ Sed Africam in Europa esse subaudi posuere. ¶ Ea fines. Describit Africam: & ei dat terminos ab oriente, & ab occidente. ¶ Ea. s. Africa. ¶ Fre-

Ponere

In diuisione orbis terræ plæriq in pte tertia Africam posuere. Pauci tantūmodo Asiam, & Europam esse, sed Africam in Europa. Ea fines hēt ab occidēte fretū nostri maris & oceani: & ab ortu solis decliuē latitudinē. Quē locū Cathabathmō incolæ appellāt, mare sæuū: iportuosum. Ager frugū fertilis, bonus pecori: arbori infœcundus, cælo, terraq penuria aquaꝝ, genus hominū salubri corpe, uelox, patiens laboꝝ, plærosq senectus dissoluit: nisi q ferro, aut bestiis iteriere. Nā haud morbus sæpe queq̄ supat. Ad hoc malefici gñis plura aialia: sed qui mortales i initio Africā habuerit, qq postea accesserit, aut quo inter se pmixti sint q̄q̄ ab ea fama, q plærosq obtinet,

tum nostri maris. i. aquā nři maris. Nā si etū licet mare significet, ppriæ tñ dr̄ aqua maris mobilia, ab undaꝝ feruore noiatum. ¶ Et oceani. Oceanus est mare magnum, qd̄ uniuersam terram ambit. ¶ Ab ortu solis decliuē latitudinē. s. habet. ¶ Ab oriēte (inqt) africa hēt fines: latitudinem quādā decliuē. i. pendentē. ¶ Quem locū. Cathabathmon incolæ appellant, habitatores eū locum lingua punica appellant. Cathabathmon. ¶ Mare sæuum. s. est. i. ad nauigandū difficile: & periculosum. ¶ Ager fertilis frugū: p oia subaudit est. Terra inqt fœcūda est: & fructifera. ¶ Bonus pecori. Ager africæ bonus est: & utilis pecori, qa pascua hēt latissima, pecoris aūt appellatione oia aialia grādiora intelligunt: ut sūt armenta, & greges. ¶ Arbori infœcundus, sterilis est arboribus. Nam ibi arbores non nascunt rō autem subinfert statim, quia ibi neq de cælo pluit aqua, neq de terra manat. ¶ Penuria. i. inopia. genus hominum salubri corpe. Non potuit breuius: & pfectius cuncta describere, in africa (inqt) hoies corpa habēt sana, raro morbis: & infirmitatibus obnoxia: & ideo maiori ex parte hoies usq ad senectutem uiuunt. ¶ Velox, quantum ad cursus celeritatem. ¶ Plærosq. i. maiorē partem. ¶ Senectus dissoluit. Dicit hoies ibi pro maiori parte non mori: nisi senectute. ¶ Dissoluit. i. interimit. ¶ Ferro, uidelicet in pugna dimicando: aut in aliquo priuato certamine. ¶ Bestiis, uidelicet: uel leonibus, uel alus feris. ¶ Nam morbus. Vere dico, quia pro maiori parte intereunt: uel senectute, uel ferro: aut bestiis: quia ex morbo raro moriuntur. ¶ Superat: occidit: interimit. Virgi. primo æneı. Clam ferro incautum superat. i. interficit. ¶ Ad hoc, idest p̄terea. ¶ Malefici generis plura animalia: scilicet sunt: ut leones, & serpentes. ¶ Sed qui mortales. Descripsimus africam: & fines eius, & qualitatem terræ: atq hoium. Nunc dicemus qui hoies primo habitauerint africam. Deinde qui aduēcti cum prioribus se cōmiscuerint. Et hoc quod dicam: licet dissentiat a fama multoꝝ: tamen ita nobis interprætatum est ex libris punicis: qui fuerunt Hiempsalis, & ita etiam res se habet sicuti habitatores africæ putāt. Ordo est. Sed tamē ego quā paucissimis dicam: qui mortales habuerint africam in initio: & qui postea accesserint, aut quo sint permixti inter se: uti est nobis interprætatum ex libris punicis: qui dicebant. s. esse regis Hiēpsalis: & ut cultores eius terræ putant rem sese habere: quamq̄, est diuersum ab ea fama, qua obtinet plærosq. ¶ Mortales: hoies. ¶ Africam habuerint. i. habitauerint. ¶ Quiq: & qui homines postea superuenerint, & additi sint: & aduēcti. ¶ Inde se permixti, uidelicet posteriores cū prioribus. ¶ Quāq̄ ab ea fama: quæ plærosq obtinet diuersum est. i. q̄q̄ hoc quod dicam dissentiat a fama multorum. Nam multi dicunt rem non ita sese habere.

Fretum

Ocean⁹

ASCE.

In diuisione orbis terræ. Descripturus p topographiā loca: regiōes: reges & populos africæ primo ponit diuisionē orbis terræ: quā qa alii bimēbrē faciunt: diuidētes uniuersam terrā in asiā & Europā, utpote q africā sub Europa cōstituūt. alii uero trimēbrē distinguētes africā ab Europa, idō dicit plæriq. Vn ordo ē. ¶ Plæriq. i. plurimi cosmographi. i. mūdi descriptores, posuere in diuisiōe orbis. i. globi rotūdi, terræ. s. uniuersæ: africam in tertia pte: pauci sup. dixerūt: asiā & Europā eē tātūmō. s. in diuisiōe orbis terræ: sed sup. dixerūt africam eē in Europa. ¶ Ea. s. africa: hēt ab occidēte fretū. i. feruorē aquaꝝ. nři. i. italici seu tyrrheni maris: & oceani. i. magni maris oecingentis totum uniuersum, qd̄ hēt ad mauritaniā. ¶ Ab ortu solis. i. ab orientali plaga. habet latitudinē decliuem. i. in cōuallē descendētē, quē locū incolæ appellant cathabathmon. i. descensum ut dicam lectiōe sequenti. ¶ Mare sup. est illic sæuū. i. truculētū & indomitū (quo circa mōstrū a palinuro uocat æne. v. quodlibet mare. Et hinc Flac. primo car. Illi robur & æs triplex circa pectus erat. q fragilē truci Cōmisit pelago ratē Primus) & sup. importuosum. i. nullum portū satis tutū hñs. ¶ Ager sup. est illic fertilis frugū un̄ idē Flaccus pri. car. Illū si pprio cōdidit horreo. Quicqd de libycis uerrit areis &c. Et ply. lib. x. scribit in africa eē regionē. ccl. millium passuū p circuitū fertilitatis eximiæ: cū centesima fruge agricolis fœnus reddenti terra. ¶ Et ager est bonus. i. utilis pecori. s. alendo: unde Maro geor. iii. Quid tibi pastores libyæ: quid pascua uersu Prosequar: & raris habitata mapalia tectis? Sæpe diem noctemq & totū ex ordine mēsem Pascit, itaq pecus longa in deserta sine ullis Hospitiis, tantū campi iacet &c. ¶ Et ager est illic infœcūdus arbori. s. ferendæ: pœnuria. i. ppter pœnuriam. i. inopiā & difficultatem habendaꝝ aquaꝝ cæli. i. aeris, per pluuiā: qa illic rarissime pluit: & terræ: qa nec fontes nec riuos frequentes hēt, un̄ arenosa est regio. ¶ Genus hoium est corpe salubri. i. proximo ad salutē. qa sano: un̄ hic salubre qd̄ dat salutē, p sano qd̄ hēt sanitatē accepisse dr̄. Et oratorie dictū ē salubri corpore. i. hñs salubre corpus: & ē uelox: patiēs laboꝝ. i. faciliter tolerās labores: senectus. i. ultima ætas, dissoluit. s. in morte naturali plærosq. i. plurimos eoꝝ: nisi q iteriere ferro. ut in bello: aut bestiis. s. feris aut uenenosis q̄ illic plurimæ sūt. ¶ Nā morbus haud sæpe. i. raro supat hoc est uincit usq ad dissolutionē: quēq̄. i. aliquē eoꝝ. ¶ Ad hoc. i. isup sup. ibi sūt plurima aialia: generis malefici hoc est de genere malefico. i. faciēti hoi malum. ¶ Sed ego dicam q̄ paucissimis hoc est ualde paucis sup. uerbis. qui mortales habuerint. i. incoluerint. in initio africam: quiq hoc est & qui accesserint postea aut quomodo primi & accessorii, sint permixti inter se, q̄q̄ supple quod dicā est diuersum ab ea fama quæ obtinet hoc est occupat & credere facit, plærosq. i. plurimos: tamen dicam uti hoc est quemadmodum.

Africæ descriptio

Libyæ fertilitas

Salubre.
Sanum

diuersum est, tñ uti ex libris punicis q regis Hiẽpsalis dice
bant, interp̃tatum nobis est, utiq; rẽ sese hẽre cultores eius
terræ putant, q̃ paucissimis dicã. Cæterũ fides eius rei penes
authores erit. Africã habuere i initio Getuli, & Lybes aspe
ri, incultiq;, q̃bus cibus erat caro ferina atq; humi pabulum
uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege aut impio cuiusq̃
regebant, uagi, palantes quo nox coegerat, sedes hẽbant.
Sed postq̃ in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit,
exercitus ei⁹ cõpositus ex uariis gẽtibus. amisso duce ac pas
sim multis sibi imp̃ium petentibus, breui dilabit. Ex eo nu
mero Mœdi, Persæ: & Armeni nauibus i Africã trãsuecti,
p̃ximos nr̃o mari locos occupauere. Sed Persæ intra ma-
gis oceanũ. Hiq; Alueos nauiũ inuersos p̃ tuguriis habue-
re, q̃a neq; materia in agris, neq; ab Hispanis emẽdi aut mu
tuãdi copia erat, mare magnũ: ignara lingua cõmercio p̃hi-
bebãt. Hi Paulatim per cõnubia Getulos secum miscuere,

IOAN. ¶ DIVERSVM: differẽs. Tamẽ uti ex libris punicis: qui regis Hiempsalis dicebãtur: nobis interpraetatum est. Salu
CHRI. stius libros lingua punica cõscriptos hẽbat: qui aliq̃ñ regis Hiempsalis fuerant. Eos cum nõ intelligeret pp diuersitaẽ
linguæ, sibi fecit interp̃tari: ex q̃bus libris accepit, qui primi hoĩes fuerint: qui Africam habitauerint. ¶ Cultores. i. habi
tatores. ¶ Eius terræ. s. Africæ. Opinio eo͞r: qui nunc habitant Africam: conuenit cum his: quæ accepi ex libris punicis.
¶ Rem sese habere. i. rem ita esse: & ueritatem ita esse. ¶ Cæterum fides eius rei penes authores erit, sed hoc (inquit)
credetur authoribus punicis non mihi: quia authores punici hoc probe esse ponunt. ¶ Africam in initio, Primi qui ha-
bitauerunt Africam fuerunt Getuli: & Lybes, q
ritu ferarum sine legibus, & sine ullo rectore ui
uentes sparsi uagabant. Deinde mortuo Hercu
le gentes diuersæ: q̃ erant in exercitu eius ex Hi
spania per mare in Africam trãsierũt. Hæ autẽ
gẽtes erant Mœdi, Persæ: Armeni. Sed Persæ cõ
iunxerũt se Getulis & cõnubia miscuerũt. Mœ
di & Armeni adiunxerũt se ad Lybes. Et ita pau
latim in Africa creuit numerus incola͞r, urbesq;
ædificari cœptæ sunt ab his: qui antea in tugu-
riis habitabãt. Postea etiam Phœnices uenerũt
in Africam, & multas urbes condiderunt: quas
Salusti. inferius cõmemorat. ¶ Habuere. i. habi
tauere. ¶ Asperi. i. duri. & rigidi, quãtũ ad uictũ
nam carnibus ferinis, & pabulo uescebant tanq̃
pecora. ¶ Inculti: q̃tũ ad uestitum. ¶ Atq; humi.
idest ex terra. ¶ Moribus neq; legib⁹. Inter mo
Mos tes & leges hoc interest. Mos est cõis cõsensus
oium simul habitãtium, qui inueteratus cõsue-
Lex tudinem facit. Lex est q̃ aliq̃d fieri nõ fieri ue p̃ci
pit: aut uetat. ¶ Palantes. i. sparsi: & uagantes.
¶ Quo: subauditur ea p̃te certas, & stabiles se-
des: aut domicilia non habebant. Sed ubicunq;
nox eos inuenisset: ibi habitabant. ¶ Sed postq̃.
quum inquit Hercules in Hispania mortuus esset, exercitus eius, qui mixtus erat ex diuersis gentibus: statim dissipatus
est, q̃a cum eẽnt diuersæ natiões p̃ gẽtes: simul stare non potuerunt: amisso duce: & iõ pars eo͞r ex Hispania per mare
transiuit in Africam. ¶ Exercitus eius compositus. i. mixtus. ¶ Ex uariis gentibus. Nam alii erant Mœdi: alii Persæ, alii
Armeni. ¶ Amisso duce. i. Hercule. ¶ Passim. i. ubiq; per omnes. ¶ Imperium petentibus: quia unusquisq; sibi quære-
bat imperium. ¶ Breui dilabitur, idest dissipatur: & ruit. ¶ Proximos: idest uicinos. ¶ Nostro mari. i. Africo mari: idest
Romano. i. mari, per quod nos Romani nauigamus: & sub imperio nostro tenemus. Sed Persæ intra Oceanum ma-
gis. scilicet occupauere locos. Nam hi retrahentes se longius a nostro mari mediterraneo, magis Oceanum uersus ha-
bitauere. ¶ Hi alueos nauium inuersos, aluei nauium inuersi fuerunt eis. ¶ Tuguria, quia sub fundis nauium inuersis
habitauerũt. Et causam ostendit: quare sibi aliter domos ædificare non potuerunt: quia nec in Africa materies ligno-
rum erat: nec ab Hispanis emere poterant, aut commutare. Nam inter Africam & Hispaniam medium est mare: &
præterea cũ linguam Hispaniæ ignorarẽt: non satis cõmode negociationes exercere poterant. ¶ Materies, uidelicet li
gna. Nam supra dixit terram africæ esse infœcũdam arboribus: p̃pter nimium caloris æstum. ¶ Copia. idest facultas, &
declarat, quare non poterant emere ab Hispanis: aut cõmutare, q̃a mare: & ignara lingua prohibebant. ¶ Mare ma-
gnum. i. mare oceanum: quod est inter africam & Hispaniã. ¶ Ignara. i. ignota, incognita. scilicet lingua Hispania igno-
ta ipsis Persis: uel ignara lingua. s. sua. i. ignorãs. ¶ Cõmercia. i. negociationes. ¶ Hi. s. Persæ.
ASCE. ¶ INTERpraetatum. i. latinis uerbis expositum est: ex libris punicis hoc est punica lingua descriptis, qui dicebant esse
Hiempsalis regis, utiq; idest & uti. i. & quemadmodum (Sunt enim duæ particulæ cultores terræ eius hoc est eiusmodi
aut Hiempsalis, putant rem. i. rei ueritatem habere sese. ¶ Cæterum. i. sed fides. s. credulitas: aut fidelitas in descriptiõe
eius rei hoc est populorum & habitato͞r africæ: erit penes authores. s. punicos. q. d. non penes me. quia eam rem peni
tus exploratam non habeo. Prosequitur autem descriptionem dicens. ¶ Getuli sup. populi: asperi & inculti quibus ci-
bus erat caro ferina. i. ferarum. & pabulum. i. forma uescendi aut nutrimẽtum herbidũ, erat humi. i. super terram, uti. i.
quemadmodum sup. est pecoribus. habuere. i. tenuerunt in initio africa. ¶ Hi. s. Getuli, neq; regebant moribus. s. institu
tis ex antiqua obseruatione: neq; lege scilicet scripta aut lata: neq; imperio cuiusquã. s. uiri prudentis, sed ipsi uagi. i. per
uaria loca discurrentes: & palantes. i. oberrantes sine constituto fine & sine ductore, habebãt sedes sup. illic quo nox co
Hercu- egerat sup. eos sese recipe aut reclinare. ¶ Sed postq̃ hercules interiit in hispania (sicuti afri putant: quia alii quos Liui⁹
les & uirgilius sequũt dicunt incolumẽ in italiam ex hispania uenisse & illic caciũ interemisse) exercitus eius. s. herculis: com
Mors positus. i. collectus ex uariis gentibus: dilabitur. i. in diuersa loca discedit: breui. s. tempore: & hoc duce scilicet hercule
amisso. ac multis petentibus sibi imperium passim. i. fere in singulis locis. ¶ Ex eo numero. s. exercitus herculani mœ
Loci di persæ & armeni. idest populi ex armenia, transuecti nauibus in africã: occupauere locos (Sic & æneĩ. i. Deuenere lo-
cos. & Explorare locos &c.) proximos nostro. i. italico mari. ¶ Sed persæ sup. occupauere locos magis intra oceanum
idest introrsum ad oceanum. & hi scilicet persæ, habuere alueos, idest carinas seu aluos nauium, inuersos. i. habẽtes ima
sursum uersa & contra. pro tuguriis, idest integumentis a sæuitia cæli. ¶ Quia neq; materia, scilicet ædium faciendarũ:
erat in agris ut qui arboribus sint infœcundi: neq; copia: idest facultas emendi aut mutuandi: idest mutuo accipiendi. s.
materiam ab hispanis: supple erat: quia mare magnum & lingua persarum, ignara linguæ: scilicet hispanorum (cum
tamen ex Hispania uenerint) prohibebant cõmercia, idest commercationes & negociationes per pretia aut cõmuta-
tiones rerum. ¶ Hi: scilicet persæ, miscuere secum paulatim per cõnubia. i. coniugia: Getulos. s. populos.

CET quia

ASCE. ¶ NAM ALBINVS perculsus idest attonitus: clade idest decussione & aduersitate. Auli fratris supple sui, & exercitus supple: eius qui ab iugurtha uicti & sub iugum missi fuerant, postquam decreuerat non egredi prouincia scilicet africana quam Romani tenebant, habebat plærunq; idest ut plurimum milites in castris statutis: idest iam constitutis ita ut non exercerentur in eis statuendis, aut legatur in castris statiuis, idest non motitiis. supple per tantum temporis: quantum temporis æstiuorum. i. gerundorum in æstate aut æstiuationum fuit in imperium idest ad imperium exercendum in eos: alii habent in imperio ut sit quantum temporis æstiuorum fuit in imperio. s. exercendo, habebat dicit fere semp nisi cum odor. s. grauis. i. fetor aut egestas pabuli. i. nutrimenti, subegerat mutare locum. ¶ Sed neq; uigiliæ ducebantur (s. iussu Albini, sub quo exercitus non minus corruptus fuerat q̄ sub Aulo) more militari. i. ut in militia fieri solet & supple quisq; aberat a signis. i. uexillis, uti. i. quemadmodum libebat cuiq;.

Lixæ Elixum Lixæ. i. baiuli aquarum quæ a ueteribus lixæ dicebantur unde elixum dicitur quicquid aqua mollitur & decoquitur, unde & lixiuium & elixas. idest in aqua decoctas carnes dicimus, erant autē uilissimi ut nunc quoq; sunt: & tamen permixti cum equitibus uagabantur die & noctu, palantes. i. sine ordine uagantes, uastare. i. uastabant: agros & expugnare idest expugnabant, non castella aut oppida: sed uillas idest domos rusticas: & agere idest agebant certantes idest certatim, prædas pecoris &

Mācipiū Seruus mancipiorum. idest manu captorum idest seruorum qui cum capti essent & interfici possent: quia seruati sunt: serui dicti sunt, & mancipia quia manu capti & tenti, unde in libertatem manumissi dicebantur: & mutare ea cum mercatoribus pro uino aduectitio: idest aduecto ex aliena regione ubi melius nascebantur & aliis talibus scilicet gulæ & secordiæ fomentis. ¶ Præterea uendere idest uendebant, frumentum datum publice scilicet ab imperatore in menses singulos, & mercari, idest mercabantur panem, indies scilicet singulos idest quotidianum ut recentem haberent. ¶ Postremo quæcūq; probra idest dedecora ignauiæ & luxuriæ queunt aut dici aut fingi fuerant cuncta. i. simul omnia: & alia amplius quæ scilicet neq; fingi neq; dici queunt: saltem ab ingenio pudenti, uult enim ex indulgentia inter eos nata obscœna uitia quæ dici nolunt: sed ne fingi quidem a pudicis animis. ¶ Sed ego comperio Metellum fuisse magnum & sapientem uirum. non minus in ea difficultate scilicet reformandi exercitus. q̄ in rebus hostilibus idest contra hostes gerendis: utpote moderatum tanta idest tam insigni & præstanti temperantia inter ambitionem idest cupiditatem dignitatis & magistratuum, ad quos fere ambientes idest populo supplicantes & obsequentes perueniunt: & sæuitiam idest rigorem nimis seuerum. ¶ Namq; edicto. Recitat qua uia se Metellus magnum uirum ostenderit in confirmando exercitu dicens. Nam Metellus dicitur sustulisse i. de medio quasi callido consilio submouisse, primo. i. in initio adiumenta. i. fomenta, ignauiæ. i. torporis & uecordiæ ac pigriciei, & sup. prohibuisse, ne quisq̄ uenderet in castris panem aut quē. i. aliquē alium cibum coctum.

¶ NE LIXAE

ne lixæ sequerent exercitũ, ne miles gregarius in castris, ne ne in agmine seruũ, aut iumentũ haberet. Cæteris arte modũ statuisse. Præterea transuersis itineribus quotidie castra mouere: uallo ac fossa munire: uigilias uero crebras ponere & easdē ipse cũ legatis circũire. Itē in agmine ĩprimis mõ, mõ in postremis, sæpe in medio adesse, ne qspiã ordie egrederet, ut cũ signis frequẽtes incederẽt, miles cibũ & arma portaret. Ita phibēdo a delictis, magis q̃ uindicãdo exercitũ breui confirmauit. Interea iugurtha, ubi ea, quæ Metellus agebat, ex nunciis accepit, simul de innocentia eius certior Romæ factus: diffidere suis rebus: ac tũ demũ uerã deditionē facere conatus est. Igit legatos ad cõsulē cũ suppliciis mittit. Qui tantũmodo ipsi liberisq; uitã peterent, alia omnia dederẽt populo Romano: sed Metello iam antea experimẽtis cognitũ erat, genus Numidarũ infidũ, igenio mobili, nouarũ rerũ auidũ esse: itaq; legatos, aliũ ab alio diuersos aggredit, ac paulatim tẽtãdo, postq̃ opportũos sibi cognouit multa pollicẽdo psuadet: ut iugurthã maxie uiuũ,

¶ NE LIXAE exercitũ seqrent: ut milites nõ p lixas: & ministros: sed p seipsos necessaria sibi pararẽt. ¶ Miles gre.i. miles ex grege: nã legatos, tribunos, pfectos cohortiũ: cẽturiones, & duces turmaɋ nõ phibebat: qn seruos & iumẽta haberẽt. Sed uolebat: ut milites simplices: q alus nõ pẽrãt, nec seruos: nec iumẽta hẽrẽt: ut & in castris sibiipsis p se ministrarent, & cũ castra mouerent: cibũ p se: & arma portarẽt, sicuti paulopost oñdet. ¶ Nec in castris, neue in agmine: hoc est: nec in exercitu quũ stat: nec in exercitu quũ incedit. Agmē pprie dr ordinata multitudo: sicuti multitudo exercitus incedẽtis. Neq.n. uno in loco stans pprie agmē dr, uñ cũ exercitus p ordinē incedit agmē dr. Metellus igit iussit: ne miles gregarius seruũ: aut iumẽtũ hẽret, neq; quũ exercit⁹ staret in castris: neq; quũ exercitus icederet: ut & in castris nõ p seruos: sed per seipsum sibi ministraret: & cũ castra mouerẽt, & exercitus locum mutaret in ipso incessu: atq; in itinere: nõ p iumẽta: sed p seipsũ cibũ: & arma portaret: atq; ita corpus labori assuefaceret: & induraret. Iumẽtũ dicitur a iuuãdo, iumẽta.n. sunt q̃ onera portãt. ¶ Cæteris arte sta.mo. subaudi cõperio. ¶ Cæteris.s. rebus q̃ ad militarē disciplinã pertinẽt. ¶ Præterea & diligentiã: & prudentiã imperatoris ostẽdit. Hæc.n. Metellus faciebat, non ex necessitate, sed ut milites ad normam & instituta disciplinæ militaris informaret. ¶ Transuersis itineribus: quia exercitũ inducebat: nõ per uias publicas & rectas, sed ex transuerso per loca insueta & uias ignotas. ¶ Moueř: p mouebat. ¶ Ac p q̃, ita uallo & fossa ipsa castra muniebat: sicuti si inimici & hostes adessent. ¶ Vigilias.i. custodes exercit⁹ Nullum periculũ instabat, & tñ ita tenebat exercitũ: ueluti: si hostes adessent. ¶ Itē in agmine. In hoc aũt loco aperte oñdit qd sit agmen. Nã quũ exercitus de loco ad locũ mouet: & p debitum ordinem incedens: & ambulãs agmen uocat. Dicit ergo nũc Salustius. Quũ castra Metellus mouebat inter eũdum. aliqñ inter primos, aliqñ iter medios aliqñ uero in ultimis erat: diligenter aduertens: ne aliquis ex ordine egrederet. & ut milites conferti & densi sub signis incederent: & ut cibum: atq; arma portarent. ¶ Adesse: p aderat: præsens erat: infinitiui ponunt hic pro præterito imperfecto indicatiui. ¶ Interea. Dixit quid fecerit Metellus imperator postq̃ uenit in castra. Nunc dicit quid fecerit Iugurtha, postquam audiuit per nuncios ea: quæ Metellus agebat in castris. ¶ Simul.i. &. ¶ Innocentia, idest integritate, quia Metellus pecuniis corrumpi non poterat. ¶ Sed Metello. Metellus quum ad se uenissent legati iugurthæ, ut dederẽt regnum iugurthæ: & omnia quæ habebat: tẽtauit cum ipsis legatis, ut iugurtham, uel uiuum uel mortuum sibi traderent. Et hoc cum ipsis tractauit: quia sciebat gentem Numidarum esse infidam, & ingenio mobilem: atq; aptam proditioni. IOAN. CHRI. Agmen

¶ NE lixæ.i. aquaɋ baiuli & in cæteris etiã militũ ministri, sequerent exercitũ, & ne miles gregarius.i. de grege hoc est de cõmuni numero qui pro se tantũ stipendiũ acceperãt haberet in castris.i. dũ quieti in castris uallo munitis degerent, neue in agmine hoc est in actu seu migratione exercitus: dum enim ingreditur & quasi ab duce agitur exercitus dicitur agmen non quando quiescit, seruum.s. hominem: aut iumentum.i. adiuuamen ab equo: mulo: asino: camelo &c. & dicitur statuisse cæteris sup. rebus modum idest mẽsuram & moderationem. ¶ Præterea Metellus mouere idest mouebat quotidie castra itineribus transuersis idest non per uias stratas, sed ex transuerso per agros & arua ut labore exerceret milites: unde & exercitus dicitur. & munire idest muniebat castra: uallo, hoc est munimento facto ex uallis idest truncis & stipitibus arborum. (Vallum enim dicitur tale munimentum, & uallus stipes aut truncus) fossa scilicet circumcauata opera manuali: & ponere idest constituere crebras uigilias, & ipse scilicet ut dicunt in propria persona seu ipsemet circumire idest circumibat cum legatis: eas scilicet uigilias, hoc est uigilantes an uigilantium munere recte fungerentur. ¶ Item ipse adesse idest aderat: in agmine hoc est quando duceretur in alium locum hoc est dum migraret exercitus. modo idest interdum in primis hoc est in principiis seu inter primos, modo hoc est interdum, in postremis, & sæpe in medio nequisquam egrederetur ordine scilicet assignato. Vbi egredior ablatiuo iungitur. sicut æneí.ii. Est urbe egressis. & in. idest ser. Ho. Egressum magna me cœpit aricia Roma: ut ipsi incederent frequentes cum signis: & miles non lixa nec iumẽtum portaret cibum & arma. ¶ Ita: idest & sic confirmauit idest stabiliuit exercitum breui scilicet tempore: magis prohibendo a delictis, q̃ uindicando idest uindictam sumendo de cõmissis. ¶ Interea. Docet qd contra fecerit iugurtha ac dicit. ¶ Iugurtha interea ubi accepit hoc est intellexit. ex nunciis. s. ad explorãdum missis: ea quæ Metellus agebat & simul hoc est insuper factus certior.i. edoctus Romæ: hoc est cũ Romæ ageret, de innocẽtia.i. de integritate & incorruptione eius.s. Metelli, diffidere.i. diffidebat, aut diffidere cœpit suis rebus ac conatus est demum tunc facere deditionem uerã.i. non fictam nec simulatã. Igitur mittit legatos ad cõsulē.s. Metellũ: cũ suppliciis.i. supplicationibus. ¶ Qui peterẽt tãtũmõ ipsi.s. iugurthæ & liberis sup. eius, uitã.i. salutē: & dederẽt.i. penitus in ptãtē darẽt po.ro. alia oia. ¶ Sed cognitũ erat metello iã antea expimẽtis.i. p experiẽ. iã, genus numidaɋ eē ĩfidũ.i. sine fidelitate, & igenio mobili.i. hñs igeniũ mobile, & esse auidũ.i. pcupidũ reɋ nouaɋ.i. per manẽdi in ppositis ac pactis suis. ¶ Itaq.i. & ita Metellus aggredit.s. hostili sed occulto aio. legatos.s. iugurthæ diuersos.i. diuisos, & in diuersa ire iussos, alium ab alio. ac tentando.i. experiundo aios eoɋ, postq̃ cognouit opportunos sibi.s. ad proditionē domini sui faciendã eo q auari & pfidi essent: persuadet sup. eis, pollicendo multa, uti idest ut traderent sibi iugurtham maxime idest potissimum uiuum. ASCB. Agmen Vallum Vallus

IOAN. CHRI. ¶ SIN id parum procederet:idest si id ad effectum uenire non posset. ¶ Cæterū. Secretō cum legatis tractauit de proditione iugurthæ:sed aperte coram omnibus dixit,quid uellet:ut iugurthæ nunciarent. ¶ Intento:idest parato atq; infesto.i.aduerso. ¶ Contra belli faciem:idest cōtra speciem belli:quia in Numidia nō apparebat:q bellū gereretur. Mappalia ¶ Mappalibus.i.domibus pastoralibus. Nam:ut supra dixit ædificia agrestiū Mappalia dicebant. ¶ Illa deditionis signa. Signa deditionis erant:q cultores & pecora essent in agris,& q iugurtha præfectos obuiā Metello misisset:qui dicerent se paratos esse facere qcqd Metellus imperaret. Sed Metellus credebat hæc signa deditionis fieri,magis ad ostētationē q̄ ad ueritatem,credebat.n.iugurthā simulare,ut insidiis locum inueniret,& insidiis locū tentaret,& Metellus credebat iugurtham tentare locū insidiis. ¶ Itaq;,qa timebat insidiis Metellus. ¶ Expeditis.i.cū cohortibus leuis armaturæ. Cohortes expeditæ Nam cohortes expeditæ:dicebant cohortes leuis armaturæ,q̄ grauibus armis non erant impeditæ:ut clypeo:& galeis:sed expeditæ,& leues ad cursū tela missilia gerebant. ¶ Cohortibus. In cohorte:sicuti & in legione numerus militum uariat9 est. Aulus Gellius dicit in legione fuisse.lx.centurias:triginta manipulos:decem cohortes ex quo Legio colligitur in legione una sex milia militū fuisse. Nam centuria centū hoīes:manipulus ducētos, cohors sexcentos continebat. Sed ut tradit Festus Pompeius primus Caius Marius sex miliū Funditores & ducentoꝝ militum legionem instituit:cū antea quatuor miliū fuisse ut aperte Liuius docet. ¶ Funditoꝝ. Funditores dicuntur,qui funda pugnabant. Nā glandes plumbeas funda iaciebant in hostem. Virg. Pars maxima glandes. Liuentis spargit plumbi. Est autem glandis plumbum in modicū informatum. Funda autē a fundēdo dicta.i.ab emittendo. ¶ Delecta ma.i.electa multitudine. ¶ In po.i.in postrema pte exercitus. Vide q̄ta erat prudētia,& peritia:ac diligētia ipatoris,cū agmē incederet:nō negligebat disciplinā militarē:licet nullū periculū instaret:sed ipse inter primos erat cū armatis cohortibus Mariū legatū in postrema pte locauerat:deide a laterib9 tribuni legionū.pfectū cohortū cū eqtibus curabāt.ne eqtes hostiū a latere pedites Ro.iuaderēt. Nā apud antiquos maior ps exercit9 ex peditibus cōstabat. Et pedites qdē in medio:eqtes a latere collocabāt,tā in acie q̄ in agmine. Acies Acies dicebat quū exercit9 pugnabat. Agmē quū icedebat. ¶ Permixti Veli. Velites Velites rorarii & ferētarii idē sunt. Sūt aūt milites leuis ar- Rorarii maturæ:armis grauibus nō impediti:q pliū inchoāt.nō multis iaculis. Velites dicti ἀπὸ τοῦ βάλλειν.i.a iaculādo:qa tela missilia in hostē iaculant:uel a Velaneo.ut tradit Festus Pōpe.eo qd uelati.i.uestiti & inermes seqrent exercitū:siue uelites dicti expediti milites:q̄si uolitātes,ut idē Festus ait Rorarii milites appellabant,qui anq̄ cōgressæ erāt acies:primo non multis iaculis pliū initiabāt,tractū aūt:q an maximas pluuias cælū rorare incipiat:uñ:qa an pugnā grauē:hi leuē pugnā Ferentarii cōmittētes tela in modū roris spargebāt.rorarii sunt appellati. Ferētarii milites leuis sunt armaturæ:q qcqd opus eēt auxilio ferrēt:ex cursu leuib9 armis,grauibus nō impediti. Sal.in Cati. Postq̄ eo uētū ē,uñ a ferentariis pliū cōmitti posset. Equites auxiliarii Metellus igit Velites eqtib9 auxiliariis pmiscuit circa latera peditū:ut hostiū eqtatū arcerēt. Eqtes aūt auxiliarii erāt nō Ro.sed q a sociis & ab alienigenis in auxiliū ad id bellū missi erāt. ¶ Nā i iugur. Quāobrē Metellus tāta diligētia agmen istruebat:qa i iugurtha tāt9 dolus erat,& tāta ptia locoꝝ & militiæ,ut ēt absēs & pacē ac deditionē offerēs timēdus eēt.

Sin id parum ꝓcedit necatū sibi traderent. Cæterū palā q̄ ex uolūtate forēt,regi nūciare iubet. Deinde paucis diebus intento atq; infesto exercitu:in Numidiā ꝓcedit. Vbi contra belli faciē:tuguria plena hoium,pecora,cultoresq; in agris erāt,ex oppidis,& mappalibus pfecti regi obuiā ꝓcedebāt parati frumētū dare,cōmeatū portare. Postremo oia:q̄ iperarent facere. Neq; Metellus iccirco minus,sed pariter:ac si hostes adessent,munito agmine icedere,late explorare,oia illa deditionis signa ostētui esse credere, et insidiis locum tentare,ita cum expeditis cohortibus,itē funditoꝝ & sagittariorū delecta manu apud primos erat. In postremo. C. Marius legatus cum equitibus curabat. In utrunq; latus auxiliarios equites Tribunis legionum,& pfectis cohortum dispertiuerat,ut cum his Velites sic permixti, quocunq; accederent:equitatus hostium propulsarent. Nam in iugurtha tantus dolus,tantaq; peritia locorum & militiæ erat,ut absens,an præsens pacē, an bellum gerens perniciosior eēt, in

ASCE. ¶ SIN .i.sed si.id.s.tradere eū uiuū:ꝓcedat paꝝ.i.nō inueniat ꝓspeꝝ successum,ut traderēt sibi eū necatū.i.occisum ferro:& iubet:q forēt ex uolūtate nūciari regi.s.iugurthę palā:deinde.i.postea paucis dieb9.s.iterpositis,ꝓcedit in numidiā exercitu intēto.s.ad sui defensionē,& infesto.i.pato ad uim iferendā:ubi.i.in qua numidia erāt tuguria.i.uillæ ac domus rurales plena hoium.s.agricolaꝝ.cōtra faciē.i.speciē belli qa a facie belli in aduētu inimici oēs aufugere solēt:& pecora & cultores erāt in agris,pfecti regis ꝓcedebāt ex oppidis & mappalibus.i.tuguriis illis agrestibus q̄ Virg.ēt magalia uocat æne.i.obuiā.s.metello & exercitui eius honoris saltē simulati:grā parati dare frumētū & portare cōmeatū.i.uictualia exercitui,& pati postremo.i.q postremo dicebāt,facere oia q̄ iparent a Metello. ¶ Neq; Metellus icedere.i.icedebat, iccirco minus agmine munito.s.cōtra isultū,sed piter.i.pformiter icedebat ac si hostes adēēt,& explorar.i.explorabat late ne laterēt insidiæ:& credere.i.credebat:oia illa signa deditiōis eē ostētui hoc est ad ostētationē simulatā,& tentare.i. tētādo parare insidiis locū:hoc est opportunitatē. ¶ Itaq;.i.& ita qa oia habuit suspecta,ipse erat apud primos cū cohortibus expeditis hoc est leuis armaturæ q̄ hastilia hoc est iacula gerentes:& aggredi & regredi celeriter poterāt. Erant Legio. autem olim in legiōe ut dicit Gellius.lx.centuriæ.xxx.manipuli.&.x.cohortes hoc est sex milia militū. Nam centuria centum.manipulus ducentos cohors sexcentos cōtinebat. Sed Caius Marius authore Festo sex milium & ducentorū legionem instituit.cum antea etiam quatuor milium fuisse Liuius aperte doceat. Item cum delecta.i.exquisita manu hoc est multitudine funditoꝝ idest iacientium glandulas e funda unde Maro. ¶ Pars maxima glandes Liuentis spargit plumbi.& sagittariorum.i.emittentium sagittas. ¶ Caius Marius legatus:curabat in extremis.i.in extrema acie cū equitibus.& impator dispertiuerat in utrūq; latus tribunis legionū & præfectis cohortū:eqtes auxiliarios.i.qui inclinanti aciei auxilio uenirent,non enim locū tutat dum acceperant.ut uelites.s.rorarii & ferentarii.i.leuis armaturæ milites ab helistein.idest circūflectendo dicti:quocunq; accederent ꝓpulsarent cum his.scilicet auxiliariis.equitatus hostium. ¶ Nam tantus dolus & tanta peritia locorum & militiæ erat in iugurtha ut haberetur in incerto an esset perniciosior hoc est nocentior absens an præsens:& an gerens pacem:an gerens bellum.

¶ INCERTO

IOAN. CHRI.

¶ INCERTO haberet.i.dubiũ erat:an esset pniciosior abs̃s.an p̃ns,an gerens pacẽ,an gerens bellũ,& ꝓpterea: q̃uis iugurtha nũc abesset:& pacẽ ad deditionẽ Metello offerret,tñ propter dolos eius ac perfidiã.& pp peritiã militiæ,non minus timebat a Metello,quã si p̃ns fuisset:& bellũ gessisset.¶ Oppidũ Vacca noie.i.ciuitas:quæ uocabat Vacca.¶ Foꝝ rerũ uenaliũ:totius regni maxime celebratũ.Foꝝ dicit locus negociationis:sic dictus:ꝙ illuc ferunt ea q̃ uẽdunt.Vacca igit ciuitas erat foꝝ reꝝ uenaliũ totius regni:quia tota ꝓuincia Numidiæ illic confluebat ad emendũ & uendendũ:q̃ opus erãt.¶ Incolere.i.habitare:in hac ciuitate multi mercatores italici habitabant.¶ Huic.Ordo est.Cõsul imposuit p̃sidiũ huic.f.oppido tẽptandi gratia:q̃d animi haberẽt.Ponere p̃sidiũ est imponere milites ad custodiã & tutelã.ne ciues deficiant ad hostẽ:& ut ciuitas tutior sit ab hoste.¶ Tentãdi grã.Metellus iposuit præsidiũ huic ciuitati Vaccæ:ut tentaret:an iugurtha ueram, an fictam deditionẽ fecisset.Nam si ficta fuisset deditio:ciues non passi essent:ut Metellus imponeret p̃sidium.¶ Bello usui forent.i.quæ opus essent ad bellũ.Nã usus ẽ significat opus est.Virgi.viii.Nunc uiribus usus.¶ Præterea impauit.Metellus imperauit.f.ciues Vaccenses,comportare frumẽtũ,& alia:quæ forent usui belli.Ratus.Dicit q̃re metellus huic ciuitati p̃cipue p̃sidium imposuit:qa uidebat propter frequentiã,& accessum mercatoꝝ:qui illuc assidue conueniebant,fore:ut suus iuuaret exercitus:& ei necessaria nõ deessent.¶ Forent.f.frequentiã,& cõmeatuũ & negociatoꝝ.¶ Vti priores:sicut priores legatos.Nã supra dixit.Metellũ cũ legatis iugurthæ tractauisse de proditione.¶ Promissa lega.expectare: expectabat id quod promiserant legati,uidelicet ut sibi traderent iugurtham:uel uiuum:uel mortuum.¶ Iugurtha.

Vacca Vrbs

Forum

Ponere p̃sidium

incerto haberet.Erat haud longe ab eo itinere,quo Metellus pergebat oppidũ Numidaꝝ nomine Vacca,foꝝ reꝝ uenaliũ totius regni,& maxĩe celebratũ,ubi incolere,& mercari res cõsueuerãt Italici generis multi mortales.Huic cõsul simul tentandi gratia,si paterent opportunitates loci,p̃sidiũ imposuit.Præterea impauit frumentũ:& alia quæ bello usui forent,cõportare:ratus,id quod res monebat,freq̃ntiam negociatoꝝ,& cõmeatuũ,etiã paratis rebus munimẽto fore.Inter hæc negocia iugurtha impensius, modo legatos supplices mittere,pacẽ rogare:præter suã liberoꝝq; uitã Metello omnia dedere.Quos itẽ, uti priores Consul illectos dimittebat ad proditionem,regi pacem quam postulabat,neq; abnuere,neq; polliceri,& inter eas moras , ꝓmissa legatorum expectare.Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit,ac se suis artibus tentari animaduertit.

Ordo est.Iugurtha coactus necessitudine reꝝ:statuit certare armis:ubi.i.postquam composuit dicta Metelli cum factis:ac postquam animaduertit se tentari suis artibus: quippe.i.quia:cui nunciabatur pax uerbis:sed bellum erat asperrimum in re,& postq̃ urbs maxima est alienata,& ager est cognitus hostibus.& postquam animi popularium tentati.f.sunt.Cũ (iquit) iugurtha uideret Metellũ aliud dicere:& aliud facere,promittere pacem:& gerere bellum:& uideret se amisisse maximam urbem.f.Vaccam:statuit cum Metello bello cõtendere.¶ Cõposuit.i.cõparauit.Nam componere est cõparare.Virgi.in Buc.Sic paruis cõponere magna solebam.¶ Dicta cum factis composuit.Nam iugurtha comparãdo dicti Metelli cũ factis,cognouit facta eius nõ cõuenire cũ dictis.Nã aliud dicebat,aliud faciebat promittẽbat pacẽ & bellum inferebat.¶ Ac se suis ar.tentari animaduertit.Iugurtha cognouit Metellum uti his artibus contra se:quibus ipse iugurtha uti solebat contra alios,uidelicet dolis & fraudibus.¶ Artibus.f.dolis & fraudibus. Virgi.

ASCE.

¶ ERAT haud longe &c.Docet quomodo præsidium.i.manus militum ad custodiam ac defensionem Vaccæ oppidi numidarum ipsi impositum sit a Metello.Cæterum cum corruptus hic fuerit locus diuersi diuersimode pro suo q̃sq; captu integritati restituere conati sunt. Alii enim textus habent sic.Huic consul simul tentandi gratia,si paterentur &c. Alii sic.huc consul simul tentandi gratia & capiundi:si paterentur.quia simul solum dici nequit. Præterea alii addunt illic,& commeatum(populi iuuaturum exercitum)quod alii non addunt.In sententiis quoq; est discrepantia.Nam quidam intelligunt commeatum portandum ex oppido ad exercitum:alii contra ab exercitu in oppidum:dicentes ꝙ aliter dixisset non comportare sed asportare.Nos autem pro captu nostro interpretabimur qui talis est.¶ Oppidum numidarum nomine Vacca erat haud longe ab eo itinere quo.i.per quod Metellus pergebat (appositorie aut existens) forum.i.emporium rerum uenalium totius regni.f.numidiæ,& celebratum.i.celebre & nobile ex frequentia negociatorum magnorum effectum,maxime.i.præcipue:ubi.i.in quo multi mortales.i.homines:generis.i.nominis italici,consueuerant incolere.i.residere & mercari res.i.merces.Consul.f.Metellus imposuit huc aut huic.i.in hoc oppidum præsidium,simul gratia tentãdi.f.animos uaccẽsium:quia si præsidium recusassent,declarassent se hostes:& sup.simul gratia capiundi,si præsidium admittere nollent.(Est autem ut sæpe dixi,præsidium guarnyson uulgo dictum)& si opportunitates loci paterentur .f.ipsum capere.¶ Præterea imperauit.f.militibus suis qui præsidio futuri erãt comportare.f.in oppidum frumentum:& alia quæ forent usui bello.hoc est ad bellum gerendum,aut usui bellico.i.ad utilitatem bellicam:ratus.i.arbitrans id quod res monebat:uidelicet frequentiam negociatorum.f.italicorum, & commeatuũ.i.prouisionem(ut dicunt)uictus seu uictualium:fore munimento.i.protectioni & conseruationi etiam rebus paratis seu pacatis.i.tranquillis & ad mandata suscipienda dispositis.i.putans ꝙ propter commeatum comportatum negociatores & Vaccẽses ciues facilius reciperent præsidium:quod forte ob pœnuriã uictus recusare potuissent etiam si alioqui parati fuissent.Alii intelligũt,ut dixi,commeatum comportandum in exercitum & addunt,& commeatum populi iuuaturum exercitum,ut sit & impat sup.his qui præsidium dirigerent,cum redierint comportare.i.secum portare ex oppido frumentum &c.sed prior expositio placet.¶ Inter hæc negocia.i.dum hæc fierẽt,jugurtha mittere.i.mittebat modo.i.interdũ ipensius.i.accuratius & copiosius legatos supplices,& rogare.i.rogabat pacẽ,& dedere.i.dedebat Metello oia præter uitam suam & liberorum sup.fuerum.¶ Quos.scilicet legatos.consul dimittebat:scilicet a se,illectos ad proditionem,scilicet iugurthæ:uti priores,idest quos prius illectos dixerat:& neq; abnuere,idest neq; abnuebat:neq; polliceri,idest neq; pollicebatur regi pacem quam postulabat:& expectare:idest expectabat inter eas moras dum suspensum teneret regem:promissa legatorum qui promiserãt se regem prodituros.¶ Iugurtha ubi.i.postquam composuit,idest comparauit & simul considerauit dicta Metelli cum factis ac animaduertit se tentari suis artibus.i.dolo.

Quippe cui pax uerbis nunciabaẗ: caeterũ re bellũ asperrimũ erat, urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animum popularium tentari, coactus rerum necessitudine statuit armis certare. Igitur explorato itinere hostiũ: in spem uictoriæ adductus ex opportunitate loci, quã maximas copias potest oium generũ parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Erat in ea Numidiæ parte: per quã Adherbal in diuisione possederat, flumen oriens a meridie Muthul, a quo mons aberat ferme milia passuũ uiginti, tractu pari, uastus a natura, & humano cultu alienatus, sed ex eo medio: quasi collis oriebatur in immensum pertingens uestitus oleastro, ac myrtetis, aliisq; arborum generibus, q̃ humo arida atq; arenosa gignuntur. Media autẽ planicies deserta, erat pœnuria aquæ, præter fluminis propinqua loca ea consita arbustis, pecore atq; cultoribus frequentabanẗ. Igitur in eo colle: quem transuerso itinere porrectũ docuimus. Iugurtha extenuata acie suorum consedit, elephantis & parti copiarum pedestrium Bomilcharem præfecit, eiq; docet quæ ageret ipse propior montem, cum omni equitatu atq; peditibus delectis: suos collocat. Deide singulas turmas, & manipulos circuiẽs: monet atq; obtestaẗ memores

IOAN. CHRI. ¶ QVIPPE. Ecce declarat dolos Metelli: qui pacẽ Iugurthæ promittere uidebatur: & bello illum insequebaẗ. Et hic ꝓprie dicitur dolus: qñ aliud dicit: & aliud fit. ¶ Alienata .i. amissa. Nam Metellus eam in suam ꝑtãtem redegerat, imposito præsidio. ¶ Animum po. i. animi hominum uulgarium. & infirmoꝝ. Nã popularis est: qui a populo amatus est: popularis ciuis ẽ ꝑp'laria hũilis, popularis uilis. ¶ Tentari .i. sollicitari. ¶ Ex oppor. loci Iugurtha sꝑabat uincere ꝑp opportunitatẽ loci, ipsum autẽ locũ infra describit. ¶ Anteuenit .i. ꝑoccupauit Iugurtha, quã cognouisset quo tẽdebat Metellus cũ exercitu, eo ipse prior uenit. ¶ A quo aberat: a quo fluuio ꝑcul erat mons fere .xx. milia passuũ. ¶ Tractu pari .i. pari lõgitudine. Nã mons tãtæ longitudinis erat: quãtũ a fluuio distabat. ¶ Vastus a natura & hũano cultu .i. desertus: & qa natura asper erat: & qa ab hominib⁹ nõ calcatus. ¶ Sed ex eo medio. Ex medio huius mõtis, collis nascẽs lõgissimus. ex trãsuerso ducebaẗ, plenus oleastro & myrtetis: atq; aliis arboribus q̃ nascunẗ in terra, arida & arenosa. ¶ Vestitus .i. plenus. Vestire. n. significat ipleẗ. Virg. in geor. Iuuat hismara baccho. Conserere atq; olea magnũ uestire taburnũ .i. iplere. ¶ Oleastro. **Oleaster** Oleaster arbor agrestis oliuæ. ¶ Ac myrte. **myrtetũ** Myrtetũ ẽ locus plenus arboribus myrtetis. Myrtus est arbor ueneri cõsecrata. ¶ Media autẽ planicies. Inter mõtẽ & flumẽ planicies erat, deserta ꝑp pẽnuriã aquæ, ꝑter loca q̃ sunt flumini uicina: nã ea loca habitãẗ, & pecore, atq; cultoribus sũt plena. ¶ Ea .s. loca ꝑpinqua flumini. ¶ Igiẗ in eo colle. Locũ descripsit: in quo Iugurtha in insidiis latẽs exercitũ Metelli de mõte descẽdẽtẽ aggressus est. ¶ Porrectũ .i. in lõgitudinẽ extẽsum. ¶ Extenuata .i. rarefacta: qa nec cõferti: nec densi: sed rari cõsederant iugurthini milites. ¶ Elephãtis Antiq in ꝑlio elephãtis utebanẗ, & maxime Afri. Sunt. n. beluæ miræ magnitudinis. ¶ Quæ ageret .i. q̃ agere deberet. ¶ Turmas. **Turmę** Turmę ꝑprie sunt equitũ. Nã turma triginta equites continet dicta q̃si, ter una. eo q terdeni eqtes ex tribus tribubus Triciẽsiũ Rãnsiũ Luceꝝ fiebãt. Nã singulæ tribus singulas decurias eqtũ mittebãt, un & decuriones dicti: q decẽ eqtibus .i. uiii. decuriæ ꝑerãt. ¶ Manipulos. Manipulus: ut antea dixi: ducentos milites cõtinebat .i. duas cẽturias. Nã antiqs hic mos fuit: cũ adhuc reges Romæ regnarẽt: ut mãipulos miscerẽt ex Romanis & latinis: ita una cẽturia Romanorum: & una Latinorum unũ manipulum conficerent: cuiũ sequereñẗ signum. **Manipulus** Manipulus autem dictus est: quia dũ Romani adhuc pauperes essent: manipulos fœni perticis alligabant, & eos pro signis sequebantur, ut Luc. Pertica suspensos portabat longa manipulos. ¶ Obtestatur: rogat.

ASCE. ¶ QVIPPE .i. utpote cui pax nũciabaẗ uerbis, cæteꝝ .i. sed bellũ erat asperrimũ re .i. effectu. ¶ Vrbs ma. .i. Vacca: alienata a se hoc ẽ ab Iugurtha: ager cognit⁹ hostibus ꝑ frequẽtationẽ: & aĩ ꝑp'lariũ .i. fautoꝝ utpote legatoꝝ tẽtari .s. ad ꝑditionẽ: & ita ipse coactus necessitudie .i. necessitate reꝝ statuit certare armis cũ metello. ¶ Igiẗ explorato itinere, Cõmemorat q̃mo Iugurtha se ad ꝑliũ accinxit & quã orõnẽ ad suos habuit dicẽs. ¶ Igiẗ qa Iugurtha decreuerat certare armis ipse explorato itinere hostiũ .i. cognito q hostes irẽt ꝑ loca apta isidiis & in qb⁹ circũueniri possent: adduct⁹ i spẽ uictoriæ ex opportunitate loci parat q̃ .i. q̃tũ põt, maximas copias .s. militũ oium geneꝝ ac anteuenit .i. ꝑuenit exercitũ metelli ꝑ tramites occultos .i. uias trãsuersas & occultas. ¶ Flumẽ oriẽs a meridie .i. a meridionali plaga muthul .s. noie: erat in ea parte numidiæ quã Adherbal possederat in diuisione .s. regni cũ Iugurtha ꝑ legatos ro. facta a quo flumine: mõs .s. quidam aberat .i. distabat ferme .i. q̃si .xx. milia passuũ. tractu .i. ꝑositiõe ei⁹ pari .i. eq̃li i distãtia extũs uastus .i. uacuo situ nõ hitatus nec cõsit⁹: natura .i. ꝑ naturã q̃ illic nihil nasci sinebat: & alienat⁹ .i. desert⁹ cultu hũano: qa a nemine hitabaẗ. ¶ Sed q̃si collis .i. hũilior mõs & ut dñt costa mõtis seu cliuus: oriebaẗ ex eo medio .i. ex medio ei⁹ mõtis: ꝑtigẽs .i. porrectus i altũ, in imẽsũ .i. sine mẽsura facili: uestitus .i. cooptus, oleastro .i. oleis siluestribus, ac myrtetis .i. copia myrtoꝝ arboꝝ illic nascẽtiũ & aliis gñib⁹ arboꝝ: q̃ gignũẗ .i. nascũẗ, humo .i. terra arida .i. sicca atq; arenosa. ¶ At .i. sed planities media iter mõtẽ & flumẽ erat deserta .i. ihitata & inculta, pœnuria .i. ob defectũ aq̃. ꝑter loca ꝑpinq̃ flumini qa ea .s. loca ad flumẽ, cõsita .s. undiq; sata & uestita arbustis .i. arbusculis frequẽtabãẗ pecore .s. ouino & caprino & cultorib⁹ .s. hoib⁹. ¶ Igiẗ Iugurtha cõsedit .i. locũ cœpit i eo colle quẽ docuim⁹ porrectũ .i. extẽsũ a mõte. itinere trãsuerso, qa ex medio ei⁹ surgebat: & hoc acie suoꝝ .s. militũ: extenuata .i. deducta & ipsa uel rarefacta. & ꝑfecit bomilcharẽ amicũ & ꝑpiquũ suũ: elephãtis .s. bellicis. **Elephãtus** Notũ ẽ. n. a gtõ hui⁹ elephãtos fieri noiatiuũ hic elephãtus huius elephãti, notũq; ut illis iposita machinis utantur in bello Nũidæ æthiopes & cæteri eius regiõis in qua nascuñẗ) & pti copiaꝝ pedestriũ. ¶ Edocet eũ .s. Bomilcharẽ: q̃ ageret .i. facere deberet inito aut in incẽdo ꝑlio ipse existẽs ꝑpior .i. magis ꝑpe mõtem collocat .i. instruit suos .s. milites .i. qbus ipse ꝑesse uolebat. ¶ Deinde ipse circuiens .i. obambulãs singulas turmas .i. classes equitũ, triginta eqtes continentes & **Manipulus** manipulos. q ducẽtos cõtinebãt .i. duas cẽturias (Nã antiqs hic mos fuit adhuc sub regib⁹ Ro. ut milites miscerẽt ex una cẽturia ro. & una latinoꝝ manipulũ cõficiẽtes: cui signũ unũ dabãt, id autẽ manipulũ uocabant. q dũ Ro. adhuc paupes ẽẽnt manipulos fœni perticis alligabãt, & eos ꝑ signis sequebanẗ unũ ẽ illud Lu. Pertica suspẽsos portabat lõga manipulos) monet dico Iugurtha more romanoꝝ atq; obtestaẗ sup. eos: uti .i. ut ipsi mẽores pristinæ .i. prius ab ipsis hitæ uirtutis.

¶ PRISTINAE

CPRISTINAE. Pristinus dicit antiquus, cuius deriuatio dubia est: & apud peritos. Cum his cer. fore, & dicebat. IOAN·
Quos antea uictos sub iugū mi. hoc supra uisum est. Nam iugurtha Romanos uictos sub iugū misit. Ducē illis nō CHRI·
aium mu. subaudit dicebat p oia nō aium: qa, quis nouū acceperint ducē: tñ pristinū aium retinent uidelicet ignauū & ti-
midū. A bono impatore. s. puideri. Locū supiorē. s. eē pursum. Ecce quō oia pursa sunt Iugurtha suis militibus pui-
dit: ut haberent locū supiorē. s. collē montis & puidit: ut periti cum impitis: nec pauciores cū pluribus nec rudes cū bel-
lo melioribus certarent. Ne pauciores cū pluribus: qa iugurthini nō erāt pauciores nūero q̄ Romani. Aut rudes. i.
ignari: qa iugurthini milites peritia belli non ce-
debant Romanis. Manum cōse. i. pugnarent.

pristinæ uirtutis, & uictoriæ sese, regnūq; ab Romanorū aua ritia defendāt. Cū his certamē fore, quos antea uictos sub iugum miserint. Ducem illis nō mutatū animū, quæ ab im peratore decuerint oia suis puisa, locū superiorē, uti pru dentes cū imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consererēt, pinde parati, in tentiq; essent, signo dato Romanos innadere, illum diem, aut ois labores & uictorias cōfirmaturū, aut maximarū erū narū initiū fore. Ad hoc uiritim, uti quemq; ob militare faci nus, pecūia, aut honore extulerat, cōmonefacere beneficii, & eum ipm aliis ostentare. Postremo pro cuiusq; ingenio pollicendo, minitando, obstentando: alium alio mō excita re. Cum interim Metellus ignarus hostium monte digre diens, cum exercitu conspicitur. Primo dubius qdnam in solita facies ostēderet. Nāq; inter uirgulta equi Numidæq; consederant, neq; plane occultati humilitate arborum,

Proinde. i. iō: & dicebat: ut iō eēnt pati & intē
ti inadere Romanos, dato signo. Illum diem.
iugurtha suos ad pliū exhortans dicebat. O mili
tes: hic dies aut oēs labores præteritos: & uicto
rias cōfirmabit, aut erit initiū magnarū calamita
tum. Oēs labores & uictorias cōfirmaturū, ui
delicet ne labores frustra suscepeimus, & antea
frustra uicerimus. Cōfirmaturū. s. si uicerimus
Maximarū erūnarū. i. miseriarū & calamitatū.
Initiū fore. s. si uicti erim⁹. Ad hoc. i. pterea,
ordo est, iugurtha cōmonefacere: p cōmonefa-
ciebat sui bñficii. s. illū uti p sicut extulerat quēq;
pecunia: aut honore: ob facinus militare: & ostē
tabat eū ipm aliis. Iugurtha sua bñficia cōmemo
rabat eis: quos, aut pecunia: aut honore exalta-
uerat ob egregia facinora eorū. Atq; hoc facie-
bat, nō ut exprobraret sua bñficia, sed ut illi ma-
gis ad uirtutē & ad cōcurrēdū accederent, cū me
minissent iugurthā egregiū eē uirtutis remune-
ratorē. Extulerat. i. exaltauerat. Cōmonefa
cere beneficii sui. Dicimus ergo cōmonefacio te
huius rei. Et eū ipm aliis ostētat. Ostēdebat eū
quē exaltauerat aliis: ut ipsi spe talis remuneratiōis ad uirtutē prouocarent. Pro cuiusq; ingenio. i. s̄m ingenium & na-
turā cuiusq;. Nā alii spe pmii, aut honoris, alii minis: alii pcibus mouent. Excitare p excitabat. i. accendebat, cōmoue-
bat: incitabat. Ordo est. Postremo iugurtha excitare p excitabat aliū alio mō p ingenio cuiusq;. s. pollicēdo: minitando:
ostētādo: quā pro qñ: interim Metellus ignarus hostiū digrediēs monte cōspicit cū exercitu. Dū iugurtha suos hortatur
ad pliū: ecce Metellus cū exercitu apparere incepit, q nesciebat iugurthā cū exercitu suo in colle occultatū in insidiis.
Primo dubius: ordo est. Primo Metellus dubius qdnā insolita facies ostēderet: deinde instituit agmē paulisper cogni-
tis insidiis: breui spacio, cætera p parenthesim dicta sunt. Et lōgū facit hyperbathon. Et hoc dicit Metellus: cū de hosti-
bus nihil oino suspicaret: primo dubitauit qdnam eēt id, qd uidebat in colle: non. n. apte uidere poterat qd esset, sed po
stea cū aperte cognouisset insidias, statim exercitū instruxit ad pugnā. Primo dubius qdnā isolita facies ostēderet. i. pri
mo dubitās: qdnā inusitata spēs earū rerū, quas uidebat in colle significaret. Nam uidebat in colle equos: & hoies: sed nō
ita apte uidebat, ut posset itelligere qd eēt. Et declarat q̄re dubitabat qd eēt qa eq & hoies Numidæ ita inter arbores &
uirgulta cōstiterāt: ut nec rursus pfecte uideri possent. Nam inter: Ordo est. Nā eq & Numidæ cōsederāt inter uirgulta
neq; plane erant occultati humilitate arborū: & tñ erant incerti quidnā eēnt obscurati ipsi: atq; insignia militaria, tum. i.
partim natura loci: tum. i. partim dolo. Humilitate arborū, qa arbores non erāt altæ. sed humiles.

CET uictoriæ. s. quā paulo añ ex hoste retulerat, cū eū sub iugū miserat: defendāt sese. i. seipsos, uñ oñdit necessitatē pu ASCE.
gnandi, & regnū. s. numidiæ ab auaritia romanorū. q. d. si uicti fuerint eos imania pēsuros romanis tributa, ut quos ipse
iā sæpe auarissimos expertus fuerit. Cū his certamē fore. Prosequit paucis cohortamēta iugurthæ, nō qdē sub iisdē uer
bis sed pñctim subiisdē sentētiis: dicēs. Et sup. iugurtha monēdo dicebat ipis fore. i. futurū eē certamē cū his quos uictos
ipsi miserint. s. in deserto sub aulo legato, sub iugū. i. sub furcam ex hastis ad summam ignominiā. Et dicebat ducē eē
mutatū illis. s. hostibus uictis nō aium. qa iterū fugituri eēnt, & oia puisa eē suis q̄ decuerint. s. puideri ab ipatore. hoc ē
a se: qa locū superiorē sup. puisum eē. i. ut haberēt locū supiorē, & puisum eē uti. i. ut ipsi prudētes. i. expti & scii cōsere-
rēt manū. i. pliium inirēt cū ipertis. s. hostibus & ne ipsi numidę cōsererēt manū pluribus existētes pauciores, aut ne ipsi ru
des cōsererēt manū cū melioribus. i. pitioribus bello. i. ad bellū gerendū. (Est. n. datiui casus bello, qa dr bonus bello. i. ad
bellū. Maro Et bona bello Cornus. Bonū añt aliqñ dr utile ut in dicto exēplo marōis. aliqñ pitū. ut in bu. Cur nō mopse Bonus
boni qm cōuenimus ambo. Aliqñ iustū, ut uir bonus & sapiens. Aliqñ fauorabilis ut in æne. Et Bona iuno &c.) pinde. i.
ideoq; sup. monet, uti. sup. eēnt parati & intēti inuadere. i. ut inuadāt romanos signo dato. Et dicebat illū diē quo ma-
nus cōsererēt aut cōfirmaturū sup. eē. i. stabiliturū oēs labores. s. inceptos & uictorias. s. obtentas: aut fore. i. futurū initiū
maximarū erūnarū qa difficillime deinde uictoriā obtinerēt, & si semp deinceps uincāt durissimā, seruitutē passuri, eēnt.
Ad hoc. i. pterea aut isup cōmonefacere. i. cōmonefaciebat. hoc ē meotē faciebat bñficii. s. accepti uiritī. i. p singulos ui
ros, uti. i. s̄m q extulerat quēq; i. quēlibet eorū ob facin⁹ militare. i. ob militiā fortiter gestā aut pecūia. i. p pecuniæ datio
nē: aut honore. i. p honorē: & oñtare. i. oñtabat eū ipsū quē extulerat aliis, ut. s. eadē pmererēt. Postremo excitare. i. exci
tabat aliū alio mō. i. diuersos diuersimode. pollicēdo. minitādo. oñtādo. s. pmia aut efferēdo, p ingenio. i. secundū naturā
& idolē cuiusq;: qa alii melius faciūt pollicitis: alii minis: alii ostētationibus. Cū Metellus ignarus hostiū. s. in isidiis exi
stētiū, degrediēs. i. descēdēs interi dū talia faceret iugurtha: mōte. s. descripto, cōspicit. s. a iugurtha cū exercitu. ipe prio du
bi⁹ sup. erat. qdnā facies. i. spēs uisa insolita oñderet. Nā eq & nūidæ cōsederāt. i. simul locati, erāt iter uirgulta. i. hūiles ar Humile
bores & frutices: neq; occultati plāe. i. oio: hūilitate. i. pp hūilitatē arborū, hūile āt ē imū ac ad humū sitū ac uicinū terræ.

& tñ incertũ qdnã eẽt, tum natura loci, tũ dolo ipsi atq; militaria signa obscurati. Deinde breui, cognitis insidiis, paulisper agmẽ cõstituit. Ibi cõmutatis ordinibus, in dextro latere: qd̃ ꝓximũ hostibus erat, triplicibus subsidiis aciẽ instruxit, iter manipulos funditores, & sagittarios dispartit, equitatũ oẽm in cornibus locat, ac pauca ꝓ tpe milites hortatus, aciẽ sicuti instruxerat, trãsuersis principiis in planum deducit. Sed ubi Numidas qetos neq; digressos colle aiaduertit: ex anni tpe ueritus, & inopia aq̃, ne siti cõficeret exercitus. Rutiliũ legatũ, expeditis cohortib⁹, & pte eqtũ ꝓmisit ad flumẽ, uti locũ castris antecapet, existimãs crebro hostes impetu, & transuersis ꝓliis iter remoraturos (& qm̃ armis diffiderẽt) lassitudinẽ, & sitim militum tentaturos. Deinde ipse pro tpe, atq; loco, sicuti monte descẽderat: paulatim procedere. Mariũ post principia habere, ipse cũ equitibus sinistræ alæ esse: qui in agmine principes facti erant.

IOAN. CHRI. ¶ E T tñ quis nõ essent ꝑfecte occultati: tñ cognosci nõ poterãt: qdnã eẽnt. ¶ Tum natura loci: pp arbores. ¶ Tum do. qa ita se locauerant: ut nõ erecti, sed ꝓstrati, & inter arbores iacerent. ¶ Agmẽ instituit. i. exercitũ instruxit, dicit̃ & agmẽ dum ambulat: & incedit: sicuti nũc. ¶ Ibi: dicit, qño Metellus exercitũ ad pugnã instruxit: nã ordines mutauit. Ordo est. Ibi, pro tunc Metellus instruxit acies triplicibus subsidiis, in dextro latere, quod erat ꝓximũ hostibus: ordinibus cõmutatis: & disptit funditores & sagittarios inter manipulos: & locat oẽm eqtatũ i cornibus. Cũ exercitus in acie ad pugnã instruebat̃, hi fere ordo seruabat̃. In prima acie leuis armatura ponebat̃. i. Velites, siue Rotarii siue Ferẽtarii. itẽ funditores: & sagittarii, hi leuibus certaminibus pugnã inchoabãt. In secũda acie principia siue pricipes locabant̃: sic dicti, qa a principio gladiis pugnabant: ut ait Varro. In tertia acie subsidia statuebant̃, qui milites subsidiarii dicebãt: qa subsidiũ ferebãt principiis fessis: & fatigatis. Sed hic ordo ꝓ loco & tpe mutabat̃ uel ex toto uel ex parte. Nunc uero dicit Metellũ in ea pte quæ hostibus erat uicina: subsidia triplicia collocasse: funditoresq; & sagittarios: q in prima acie locari cõsueuerãt inter manipulos diuisisse. ¶ Pro tpe: qa nõ erat tps, ut multa diceret. ¶ Aciẽ exercitus ad pugnã instructus dr̃ acies. ¶ Trãsuersis principiis. Vide qd dicat. Metellus de monte descendebat Iugurtha aũt in colle consederat, qui ex transuerso montis nascebat̃. Metellus igit̃ de monte descendens aciẽ instructã dirigebat nõ cõtra collẽ & cõtra iugurtham: sed ꝑ trãsuersum uersus flumen: qd̃ distabat a monte uiginti millibus passuum. ¶ Principiis: dixi iã ante q; principia dicũtur milites, q in secũda acie locant̃. ¶ Sed ubi. Ordo est. Metellus ueritus, ne exercitus conficeret̃: siti ex tpe anni, & iopia aq̃ ꝓmisit ad flu. Rutiliũ legatũ cũ expeditis cohortibus, & pte eqtũ, ut antecapet locũ castris: existimãs hostes eẽ remoraturos suũ iter crebro ĩpetu & trãuersis ꝓliis &, eẽ tẽptaturos lassitudinẽ & siti militũ: qm̃ diffiderẽt armis: ubi ꝑ postq̃ aiaduertit hostes qetos. s. eẽ neq; illos digredi colle. Metell⁹ de mõte descẽdẽs existimabat hostes, q erant in colle agmẽ suũ inuasuros. Sed postq̃ uidit eos nõ moueri de colle. Rutiliũ legatũ cũ cohortibus expeditis ꝓmisit ad flumẽ, ut locũ capet. ubi castra ponere uolebat: ipse uero post Rutiliũ cũ toto exercitu seq̃bat̃: nec. n. apud montẽ diu manere poterat pp penuriã aq̃. ¶ Quietos. s. esse. i. nõ moueri. ¶ Neq; de colle digredi. i. discedere. s. cõtra, se. ¶ Veritus ex ãni tpe, qa erat æstas: quo tpe rarius pluit. ¶ Inopia aq̃, qa loca ipsa arida sunt & sine fontib⁹ & sine aq̃. ¶ Cõficeret. i. cõsumeret. ¶ Expeditis cohortibus. Dixi q̃ sint cohortes expeditę. ¶ Ad flumẽ: qd̃ supra dixit distare a monte ꝑ uiginti miliaria. ¶ Impetu. i. incursu. ¶ Et trãsuersis ꝓliis. i. ꝓliis ex transuerso: & a latere, non a fronte factis. Nã Metellus agmẽ instructũ dirigebat: non cõtra collẽ, nec cõtra iugurthã: sed uersus flumẽ: ita ut frons agminis respiceret flumẽ latus uero dextrũ respiceret collẽ: atq; iugurthã: ut necesse eẽt iugurthã, si conaret̃ inuadere Romanos eos a latere, & ex trãsuerso, nõ a fronte neq; ex aduerso iuaderet. ¶ Lassitudinẽ: sitimq; militũ tẽptaturos. Metellus uidebat iugurtham nõ audere armis cõtendere, sed quærere, ut fatigaret Romanos, & impediret. ne ad flumẽ irent. Deinde Metellus ꝓmisit Rutiliũ legatũ ad flumẽ, deinde ipse secutus ẽ cũ toto exercitu. ¶ Pro re atq; loco, sicuti res: & locus postulabat. ¶ Sicuti mõte. i. eo ordie, quo mõte descẽderat. ¶ Mariũ post prin. hr̃e: ꝑ hẽbat. i. tenebat Mariũ post pricipia. i. post secũdã aciẽ. ¶ Sinistræ alæ. Ala ꝓprie dr̃ eqtũ ordo, eo q; pedites tegat alarũ uice. Vir. in. iiii. Dũ trepidãt alæ: saltusq; indagine cingũt. Sed hoc loco alã sinistrã accipit ꝓ latere sinistro. ¶ Principes facti erãt. Metellus ordines ita mutauerat: ut milites, q in sinistro latere erant, dũ incederẽt, principia eẽnt. ¶ Principes. i. principia: iã sæpe dixit principia.

Ala. i.

ASCE. ¶ E T tñ incertũ sup. erat qdnam esset, qa ipsi. s. numidæ & equi & signa militaria, obscurati sup. erãt: & est cõceptio qua masculinũ cõcipit neutrũ, tũ. i. ptim natura loci, tũ. i. ptim dolo, qa se ex cõposito occultauerãt. deide breui. s. tpe post insidiis cognitis. cõstituit. i. simul stare fecit: paulisp. i. ꝑ parũ tpis. agmẽ. i. exercitũ istructũ & eũtẽ prius sm qd̃ ducebat̃. Nã ab agẽdo dr̃. ¶ Ibi. i. tũc aut illic instruxit aciẽ, ordinibus cõmutatis. s. opportunitate loci: qa instruxit in dextro latere quod erat proximũ hostibus: aciẽ subsidiis triplicibus. i. triplicatis, & dispertit. i. interdiuidit loca. inter manipulos, funditores. i. q fundis utebant̃ & sagittarios q sagittas emittebãt, & locat oẽm eqtatũ. i. oẽs eqtãtes. in cornibus. i. ãgulis aciei. ¶ Ac ipse hortatus. i. postq̃ hortat⁹ erat milites pauca (ubi hortor ẽt duos actõs regit) ꝑ tpe. i. pp breuitatẽ tpis, deducit aciẽ in planũ. s. locũ sicuti instruxerat sup. eã. i. saluis ordinib⁹ tã istructis: & hoc pricipiis. s. aciei sup. ĩcedẽtib⁹ trãsuersis. i. ex trãsuerso: ad insultũ hostiũ deprimẽdũ, nã a latere erant dextro. Principia aũt in acie dñr græce archia. ἀρχαὶ. ¶ Sed ubi. i. postq̃ Metellus aiaduertit numidas quietos, neq; digressos colle. ueritus ne exercitus cõficeret̃. i. periret siti ex tpe anni (qa in æstate erat) & ex inopia aq̃. ¶ Præmisit ad flumẽ. s. muthul. ¶ Rutiliũ legatũ. i. quẽ miserat senatus ĩ exercitũ q̃si subsidiariũ & cõsulis si defecerit loco functurũ: cũ cohortibus expeditis. i. nõ ĩpeditis armis. sed ad inuadẽdũ celeriter. aut ad retrocedẽdũ cõmode idoneis & accinctis. & pte eqtũ, qui ẽt expediti sunt: uti. i. ut antecapet. i. ꝓriperet añq̃ ab hoste occupet̃, locũ castris. s. metãdis, existimãs hostes remoraturos. s. uolẽtes accedere ad flumẽ, & crebro ĩpetu. i. assultu, & ꝓliis trãsuersis. i. ex trãsuerso mõtis & hostes tẽptaturos. i. sollicitaturos lassitudinẽ & sitim militũ. s. ro. qm̃ ipsi hostes diffiderẽt armis. ¶ Deinde postq̃ rutiliũ ꝓmiserat: ipse descẽdere. s. descendebat: paulatim pro re atq; loco. i. pro exigentia negocii atq; loci: & habere. i. habebat mariũ post principia, aut iubet marium se habere post principia ipse esse. i. erat cũ eqtibus sinistræ alæ. i. q̃ erat in sinistro cornu seu ala aciei, qui scilicet equites sinistræ alæ facti erant in agmine: idest exercitu agminatim incedente, principes, idest primi incedentium. eo q; a dextro latere erant hostes.

Agmen

Hortot

Pricipia

¶ A T Iugurtha

IOAN. CHRI.

CAT. Iugurtha postq̄ uidit Metellū reliquisse mōtē, & iā cū toto exercitu trāsisse suos primos milites: q erāt in colle: statim cū duobus millibus peditū mōtē occupauit: atq; hoc fecit: ne Romani illuc refugerēt: si forte Iugurtha ipsos inuadens fugere cōpulisset. ¶ Primos suos. s. milites. ¶ Prætergressum. i. trāsisse. ¶ Quasi fere, & notānda noua significatio apud Salu. Nā quasi ,pprie significat sicut, sed hoc loco significat fere. ¶ Cedētib⁹. i. retrocedentibus: & se recipientibus. ¶ Receptui. i. ad receptū, Iugurtha mōtē occupauit: ne Romani illuc redire possent si forte in pugnā cedere: & se recipe cogerent. ¶ Munimēto. i. ad munimētū: ut Romani in montem muniti de eo pelli non possent. ¶ Forte. s. mons. Ordo

At Iugurtha ubi extremū agmē Metelli primos suos ꝑtergressum uidet, ꝑsidio quasi duū milliū peditū mōtem occupat quo Metellus descēderat, ne forte cedētibus aduersariis receptui, ac post munimēto foret. Deinde repēte signo dato, hostes inuadit. Numidæ, alii postremos cædere, ps a sinistra ac dextra temptare: infensi adesse, instare atq; oibus locis Romanoꝝ ordines conturbare. Quoꝝ etiam qui firmioribus animis obuii hostibus fuerunt ludificati in incerto ꝓlio ipsi mō eminus sauciebant neq; cōtra feriēdi aut cōferendi manū copia erat ante iam docti ab Iugurtha equites: ubi Ro. turmæ insequi cœperant non confertim in unū recipiebant. Sed alius alio quam maxime diuersi. Ita numero plures si a persequendo hostes deterrere nequiuerant: disiectos a tergo, aut a lateribus circumueniebant.

non ad assentationem sed ad salutem: popularem. i. populi fautorem. Abesse non neminem. i. quendam sibi notum quem non nominat ne inuidiam eius in se con Videlicet
citet. ¶ Videlicet apta ironiæ uox sicut & scilicet. Nudiustertius: hoc ē unde nūc dies est tertius, qd̄ ineptuli dicunt antehe Nudiustertius
ri. Supplicationem mihi. i. ad honorem meum. Indices. i. qui coniurationem indicauerunt. Indicare autem est proprie dicere ea in quibus is qui dicit conscius est: Index
qui uero id facit index est. ¶ Reo custodiam passiuam: hoc est ut custodiretur. ¶ Iudicarit. i. iudicauerit. q. d. licet modo absit: tamen prius sententiam dedit. Ac non. i. quasi uero iulius Cæsar non intelligat. & ita tacite docet Cæsarem nō pronūciasse ex recto iudicio. quia lex sempronia que censebat in ciuem romanum nō esse animaduertendum pœna sanguinis: nō compræhēdit patriæ proditores qui ciues non sunt. Deniq; sup. ac non intelligit. i. quasi non intelligat: illum latorem semproniæ legis. i. sempronium ipsum dependisse. i. persoluisse publice pœnas? q. d. si ipse lator impunis nō fuit quid eis profuerit qui amplius ciues non sunt. Appellare posse sup. censet. Leuando. i. diminuendo. & hæc omnia in cæsaris lenitatem dicit. Dederitis mihi populum charum & iocundum. quia talia libenter auditurus est. Sin. hoc est sed si. Syllanam. i. decii syllani,

cerno aio sepulta ī pr̄ia miseros atq; īsepultos aceruos ciuiū. Versat̄ mihi añ oculos aspect⁹ Cethegi & furor ī uēa cæde bacchātis. Cū uero mihi ꝓposui regnātē Lētulū (sicut ipe ex fastis sibyllinis mihi sperasse cōfessus ē) purputatū eē hūc gabinū, cū exercitu uenisse Catilinā, tū lamētationē matrūfamilias: tū fugā uirginū atq; puerorꝫ ac uexatiōes uirginū uestaliū ꝑhorresco. Et q̄a mihi uehemēter hæc uidēt̄ misa atq; miserāda. Iccirco ī eos q̄ ea pficere uoluerūt, me seuerū uehemētēq; ꝑbeo. Eteni q̄ro si q̄s p̄ſfamilias liberis suis a seruo iterfectis, uxore occisa, icēsa domo, suppliciū de seruis q̄ acerbissimū sūpserit, utrū is clæmēs ac misericors an ihumanissim⁹ & crudelissim⁹ eē uideat̄: mihi uero iportun⁹ ac ferre⁹ q̄ nō dolorē cruciatūq; lenierit. Sed & nos in his oibus qui nos q̄ cōiuges, q̄ liberos nostros trucidare uoluerūt. Qui singulas uniuscuiusq; domos, & hoc uniuersū reip. domiciliū delere conati sunt, q̄ id egerūt ut gētē allobrogū in uestigiis huius urbis atq; in cinere deflagrati iperii collocarēt, si uehemētissimi fuerim⁹ misericordes habebimur. Si remissiores eē uoluerimus, sūmæ crudelitatis p̄ſiæ impietate: ciuiū pnicie fama subeūda ē. Nisi uero cupiā. C. Cæsar uir fortissimus & amātissimus reip. crudelior nudiustertius uisus est, cū sororis suæ fœminæ electissime uirū p̄ſitem & audiētē uita priuādū esse, cū auū iussu cōsulis interfectū filiūq; eius impubem legatū a p̄ſe missum in carcere necatū esse dixit. Quorꝫ q̄d simile fcm̄ est? q̄d initū cōsiliū delēdæ reip. largitiōis uolūtas tū in rep. seruata est & priū q̄dā cōtētio atq; illo tp̄e huius auus lētuli clarissimus uir armatus grām est p̄secutus. Ille etiā graue uulnus accepit ne q̄d de sūma reip. minueret̄, hic ad euertēda reip. fundamēta gallos accersiuit, seruitia cōcitat, Catilinā uocat, ac tribuit nos trucidādos cethego, cæteros ciues interficiēdos gabinio: urbē inflāmādā cassio totā italiā uastādā diripiēdāq; Catilinæ. Vereamini cēseo ne in hoc scelere tā imani ac nephario nimis aliq̄d seuere statuisse uideamini. Cū multo magis sit uerēdū ne remissiōe pœna crudeles in patriā q̄ ne seueritate animaduersionis nimis uehemētes in acerbissimos hostes fuisse uideamini. Sed ea quæ exaudio. P. C. dissimulare nō possum. Iactant̄ enim uoces quæ ꝑueniūt ad meas aures eorꝫ q̄ uereri uident̄ ut habeam satis p̄ſidii ad ea q̄ uos statueritis hodierno die transigenda. Oia ꝓuisa & parata & cōstituta sunt. P. C. cū mea cura summa & diligētia, tū uero etiam multo minore reip. ad summū imperiū retinēdum, etiam ad cōes fortunas cōseruandas, uolūtate oēs assunt, oium ordinū homies, oium deniq; uota, tū plenū est forꝫ, plena tēpla, circū forꝫ pleni oēs aditus huius loci ac tēpli. Cā est. n. post urbē conditā hæc sola inuenta: in q̄ omnes sentirent unum atq; idem, præter eos qui cum sibi uiderent esse pereundum cum omnibus potius q̄ soli perire uoluerunt. Hosce ego homines excipio & secerno libenter. Neq; enim in improborū ciuium sed in acerbissimorū hostiū numero

ASCE. ❡Cerno aio. bū aio: q̄a p se cernere dicit̄ q̄ exteriorib⁹ oculis uidēt. Cū uero ꝓposui regnātē lētulū. Oia trahit in iuidiā. Nā regni & dn̄atiōis nomē iuidiosū admodū erat Romanis. Ex fastis sibyllinis .i. libris p sibyllā scriptis de fastis romanorū. Cōfessiue ē q̄a iterrogatus de ea re cū posset negare palā cōfessus ē se sentire regnū sibi p fastos sibyllinos portēdi ut uisum ē ꝑus. ❡Purpuratū .i. purpurā: hoc ē lato clauo: q̄ uestis senatoria ē idutū, aut uestē cōsularē poti⁹ itelligit. ❡Cū exercitu. s. cōparato p mālū fæsulanū: ut Catilina sit iperator sūmus. ❡Vexationes: hoc est subagitatiōes & oppssiones uiolētas. ❡Virginū uestaliū .i. uestæ q̄ dea castitatis erat cōsecratarꝫ: ea lege ut si se polluissent uiuæ in terrā defunderent̄. ❡Quam acerbissimum: hoc ē maxime acerbum. ❡Vtrū is clemēs ac misericors &c. In tali casu duplex est habēdus respectus: & ad interfectos & ad interfectores, respectu eorꝫ qui iterfecti sint clæmēs & misericors fuerit si acriter iterfectores puniërit: respectu iterficiētium cōtra uidet̄. ❡Sed quia plus iterfectos q̄ iterfectores respicere teneret̄. plus clæmēs q̄ seuerus fuerit cēsendus. ❡Importunus .i. cōtra id quod opporteat fieri. ❡Ferre⁹: hoc ē durus ut ferrū. ❡Qui nō lenierit: scilicet p suppliciū sumptū de seruo tali. Sic æneī. il. animūq; explesse iuuabit. Trucidare. hoc est truculenter occidere. Deflagrati, hoc est igne absūpti iperii. ❡Si remissiores &c. Ordo est. Si uoluerim⁹ eē remissiores: fama sūmæ crudelitatis ē subeūda ipietate, hoc ē ꝓpter ipietatē patriæ .i. in p̄ſriam & pernicie: hoc ē ꝓpter pnicië ciuiū. Nudius terti⁹ .i. nūc dies ē tertius: hoc ē nup. ❡De summa, hoc ē integritate reipu. ❡Hic. s. Lētulus: i quē p̄cipue agit q̄ prætor erat. Vereamini cēseo. Id p irroniā dicit. Nam addit. Cum multo magis sit uerēdū &c.

Exaudio ❡Sed ea q̄ exaudio .i. expræsse audio. Ex audire. n. ē exp̄sse seu eminëter audire: nō id q̄d uulgo dicit̄ cū eorū q̄ rogant̄ concessiōe: licet exorare sit q̄d orat̄ ipetrare.

Exoro Comic⁹. Vixque exoro. Et rursus sine te exorē. Dissimulare .i. gestu ōndere me nō exaudisse seu nō itelligere. Vereri ut habeā.

Vereor ut Notabūt pueri: idē esse uereor ut facias, & uereor ne facias: sed elegātius dici, ut facias: q̄ñquidē uereor: timeo: metuo: in se quādā negationē icludūt. ❡Nec dices uereor q̄ habeas: sed ut &c. Sēsus aūt est sunt q̄ uereant̄ & timeāt me hr̄e satis p̄ſidii .i. custodiæ militaris: seu militū ipsorꝫ. Prouisa pata, cōstituta. Bona auxesis.

Auxesis Nam ꝓuidem⁹ rē parādā param⁹ cōstituēdā cōstituim⁹ patā & ꝓuisā .i. cōfirmamus statuto quodā. Tū uero multo miore. s. cura reipu. q̄a leuaui hac cura rēp. aut deest sūptu aut ipēdio seu detrimēto. Volūtate .i. spōte. Tū .i. isup: forꝫ. s. rerꝫ uenaliū ē plenū. s. militū dantiū noia sua ultro cōtra Catilinā. Post urbem cōditam. Mire extollit fortunam suam. Præter eos. s. coniuratos & per eos corruptos & in spem prædæ adductos Cum omnibus. s. suis, non cum simpliciter omnibus. Excipio. s. e presidio parato: libenter: quia perniciosi adessent.

habendos

habendos puto. Cæteri uero o dii imortales, qua frequentia, quo
studio, qua uirtute, ad dignitatem cōem salutemq; consentiunt?
Quid ego hic eqtes romāos cōmemorem? qui uobis ita summā
ordinis consiliiq; concedunt: ut uobiscū de amore reipu. certent?
Quos ex multoꝝ annoꝝ dissensiōe huius ordinis ad societatem
concordiāq; reuocatos hodiernus dies uobiscū, atq; hæc cā coniū
git. Quā cōiunctionē si in cōsulatu cōfirmatā meo ppetuā in rep.
tenuerimus cōfirmo uobis nullū posthac male ciuile ac domesti-
cū ad ullā reip. partē esse uenturū. Pari studio defendendæ reip. cō
uenisse uideo tribunos ærarios fortissimos uiros, scribas itē uni-
uersos quos cum casu hic dies ad ærarium uocauit frequentes, ui
deo ab aspectione huius sortis ad salutem cōem esse conuersos:
ois ingenuoꝝ adest multitudo et tenuissimoꝝ. Quis est. n. cui nō
hæc tēpla, aspectus urbis, possessio libertatis, lux deniq; ipsa hæc
& hoc cōe patriæ solū, cū sit charū, tum uero dulce atq; iocundū?
Operepꝛciū est. P. C. libertinoꝝ hoium studia cognoscere, q sua
fortuna huius ciuitatis ius consecuti, hanc uere iam suā patriam
esse iudicāt, quā qui hic nati & summo nati loco non suā patriā sed
urbem hostiū esse iudicauerunt. Sed quid ego hos hoies ordinesq;
quæ cōmemorē: quos priuatæ fortūæ, quos cōis resp. quos deniq;
libertas ea quæ dulcissima est ad salutē patriæ defendendā excita
uit. Seruus est nemo q mō tolerabili sit cōditione seruitutis qui
non audaciā ciuiū perhorrescat, q non extare cupiat, qui non tātū
quātum audet: sed quātum pōt, cōferat ad cōem salutē uolūtatis.
Quare si quē uestrū forte cōmouet hoc quod auditū est leonem
quēdā lentuli concursare circum tabernas: sperare pcio sollicitare
aios egentium posse atq; imperitoꝝ, est id qdem cœptum atq; ten
tatum sed nulli sunt inuenti tā aut fortuna miseri, aut uolūtate p
diti qui non ipsum illum sellæ atq; opis & qstus quotidiani locū,
qui non cubile & lectū suū, qui deniq; nō cursum hūc ociosum ui
tæ suæ saluū esse uelit. Multo uero maxima ps eoꝝ q in tabernis
sunt imo, id. n. dicendū est potius genus uniuersum amantissimū
ocii. Etenim oē eoꝝ instrm, ois opa atq; qstus, frequētia ciuiū su-
stinet, aliturq; ocio. Quoꝝ si qstus occlusis tabernis minui solet:
quid tandē incēsis futuꝝ est? Quæ cū ita sint. P. C. uobis po. Ro.
psidia nō desunt uos ne Po. Ro. deesse uideamini puidete. Habe
tis cōsulē ex plurimis periculis ex media morte non ad uitā suā:
sed ad salutē uestram seruatū, oēs ordines ad conseruandā rēpu.
mente: uoluntate, studia, uirtute, uoce cōsentiunt. Obsessa faci-
bus & telis ipiæ cōiurationis, uobis supplex manus tēdit patria
cōis uobis uitā oium ciuiū: uobis arcē & capitolium, uobis pena
tes, uobis ignē illū uestæ ppetuū ac sempiternū, uobis oia deoꝝ tē
pla atq; delubra, uobis muros atq; tecta urbis cōmēdat. Præterea
de uita urā, de cōiugū uestrarū ac de liberoꝝ aia, de fortunis oib⁹
de sedibus, de focis urīs, hodierna die uobis iudicandū est. Habe
tis ducē memorē uestri, oblitum sui, q nō semp facultas datr, habe
tis oēs ordines, oēs hoies, uniuersum populum romanum (id qd
in ciuili cā hodierno die primum uidemus) unum idēq; sentiētē.

¶ Habendos. i. reputandos. O dii immor- ASCE.
tales. ¶ Interclamatio admiratōis & gau
dii index: ut certēt. i. uolint haberi inferio
res aut tepidiores in amanda repub. Dis-
sensione huius ordinis. i. ab hoc ordine se
natorio. Hodiernus dies, q. d. fœlicitas hu
ius diei: atq; hæc causa: qa oēs iustum cen
sent in parricidas illos arma sumere. Si in
consulatu confirmatam meo. Vbiq; glo-
riæ suæ consulit Cicero: q iactātiam cum
Salustius ferre nequiret in eum inuectus
est ut statim uidebimus in inuectiua eius.
¶ Tribunos ærarios, a tribuendo ære di
ctos authore festo. Aerarium autem Ro- Aerarii
manum. i. thesaurus publicus erat in æde
Saturni. Scribas, quos notarios uocāt: qn
etiā qui cancellarius dicitur magnus scri-
ba est. Ad ærarium. i. stipendium sumen-
dum aut ærarium augendum in stipēdia
militū. Ingenuoꝝ, in naturali libertate na
toꝝ. Tenuissimoꝝ pauperrimoꝝ. ¶ Li-
bertinoꝝ, libertate donatoꝝ. ¶ Seruus ē
nemo. Infimæ conditionis homies postre
mos cōmemorat. Tolerabili conditione
seruitutis. i. qui non seruit dño alicui ima
ni & crudeli. Audaciā ciuiū. s. parcatoꝝ &
frementiū in Catilinā. Perhorrescat. i. cū
horrore quodā inspiciat, nā horremus &
uenerationis gra, ut æneid. Horrētiq; atrū
nemus iminet umbra. Qui nō extare cu-
piat. i. abūdare & pmanere audaciā ciuiū.
Extat. n. qd cæteris cadētibus pmanet qsi,
extra numeꝝ cadentiū stans, unde q nō in
terierunt extare dicimus. ut tres decadas
Liuii cū reliq nō extēt, q nō cōferat tm uo
luntatis. i. assensus apparentis ex uoce aut
applausu: non tm qtum audet: qa non mi
nus audet seruus q liber sed qtum pōt. i.
quantū illi pmissum est: seruus. n. nomē da
re nō pōt nec militare uī in summa penu-
ria militū ad pillea uocati legūt serui. Leo
nē Lentuli. i. efferū & imanē clientē aut ser
uū lentuli. Egētiū, qa egestas multos ad ne
phas ipellit: & ipitoꝝ. i. nescientiū qtū ma
li & piculi sit patriæ bellū inferre, aut iudi-
cio patrū obuiare. Est cœptū & tentatū,
sed nulli inuēti tā miseri fortuna qd ppter
egenos dicit, aut pditi uolūtate: qd pp ipe
ritos nā extrema malicia esset eoꝝ q gra
uitatē mali scirēt: & tm uellēt. Circū taber-
nas. i. humiles domos, ubi negociatores
minores res suas uenales hnt in statiōib⁹
ex tabulis. illū locū sellæ. i. ubi assiduæ se-
det, atq; opis. i. ubi opat ut in officina q nō
uelit eē saluū. Hoc est cū intelligāt oēs qri
tes: cōiuratos cōstituisse urbi incendiū, de
testant eos p quos dōicilīū suū qrulūcūq;
sit amissuri erāt. Ocio i. pace & cōcordia
ciuiū: nihil. n. uēdūt bello durāte eaꝝ reꝝ
qbus carere possum⁹. occlusis tabernis q
nihil uenale ppōere audēt. Habetis cōsu-
lē: honesti⁹ q si dicat hētis me patria cōis ten
dit uobis. i. ad uos p auxilio hndo. Oia co
rū: legēdū est deoꝝ, quia etiā quoꝝ nō me
minit. Sæpe autem cōmemorat ob quo-
rum salutem iustū solcat bellum assumi.

Cogitateq; quantis laboribus fundatum imperium, quanta uirtute stabilitá libertatem, quanta deoꝝ benignitate auctas exaggeratasq; fortunas una nos pene delerit. Id ne unq̃ post hac nō mō confici, sed ne cogitari quidē possit a uobis hodierno die puidendum est. Atq; hæc non ut uos qui mihi studio pene pcurritis excitarem locutus sum, sed ut mea uox quæ debet esse i rep. princeps, officio functa consulari uideat. Nūc anteq̃ ad sententias redeo: de me pauca dicam. Ego quanta manus est cōiuratoꝝ (quá uidetis esse permagná) tantá me inimicoꝝ multitudinē suscepisse uideo. Sed eam esse turpē iudico, & infirmá ēt contemptá & abiectam. Quod si aliquando alicuius furore & scelere cōcita manus ista plus ualuerit, q̃ uestra ac reip. dignitas me tñ meoꝝ factoꝝ atq; consilioꝝ nunq̃. P.C. pœnitebit. Etenim mors (quá mihi illi fortasse minitant) oibus est parata, uitæ uero tantam laudē, quanta me uos uestris decretis honestatis, nemo est assecutus. Cæteris enim bene gestæ, mihi conseruatæ reip. congratulationem decreuistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio atq; uirtute Hannibal in africam redire atq; ex italia discedere coactus est. Ornetur alter eximia laude africanus qui duas urbes huic imperio infestissimas carthaginē atq; numantiam deleuit. Habeat uir egregius. L. Paulus ille currum cuius rex potentissimus quondá etiam nobilissimus perses honestáuit. Sit æterna gloria mario, qui bis italiá obsidione & metu seruitutis liberauit. Anteponat omnibus Pōpeius, cuius res gestæ atq; uirtutes: iisdem quibus solis cursus regionibus ac terminis cōtinet. Erit profecto inter hoꝝ laudes aliquid loci nostræ gloriæ (nisi forte maius est patefacere nobis prouincias quo exire possimus: q̃ curare ut etiá illi qui absunt habeant quo uictores reuertant). Quáq̃ est in loco uno conditio melior externæ uictoriæ q̃ domesticæ ꝙ hostes alienigenæ aut oppssi seruiunt, aut recepti beneficio se obligatos putant. Qui autem ex numero ciuiū deprauati aliqua dementia hostes patriæ semel esse cœperunt, eos cum a pernicie reipu. reppuleris, neq; ui coercere, neq; beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuibus æternum bellum susceptū esse uideo qd ego uro bonorumq; oium auxilio memoriaq; tantoꝝ periculoꝝ (q̃ non mō in hoc populo q̃ cōseruatus est, sed ēt oium gentiū sermonibus ac mentibus semp hærebit) a me atq; a meis facile ppulsari cōfido posse. Neq; ulla profecto tanta uis reperit, quæ coniunctionē uestrá eq̃tumq; romanoꝝ & tantá conspirationē bonoꝝ omnium perfringere ac labefactare possit. Quæ cum ita sint. P.G. pro imperio, p exercitu, p prouincia quá neglexi, pro triūpho, cæterisq; laudis insignibus (quæ sunt a me propter urbem uestrá uestræq; salutis custodiá repudiata) pro clientelis puincialibus, pro hospitio officii (quæ tñ urbanis opibus non minore labore tueor, q̃ comparo). Pro his igitur oibus rebus, & pro meis in uos singularibus studiis, proq; hac diligentia quá perspicitis ad cōseruandam rempub. nihil a uobis nisi huius temporis totiusq; consulatus memoriá postulo quæ dum erit in uestris confixa mētibus firmissimo me muro

ASCE. ¶ Atq; hæc. Affert honestam: rōnem cur ita loquat: non. n. quo cu ētes i nstiget: sed ut officio suo fungat cū sit cōsul, & ita primus in cōsilio, unde nō arroganter dicit: sed ut mea uox q̃ debet esse in repu. princeps. Id. n. non dicit ppter eloquentiá aut priuatam aliquā uirtutem sed ppter cōsulatum. Quanta manus. i. quātus exercitus aut globus. Alicuius furore. i. infreni audacia. ¶ Etenim mors. Ostendit se mortē contemnere dummodo iniuste inferatur. ¶ Honestatis. i. decoratis, est. n. uerbū ab honesto: non nomen ab honestas. ¶ Bene gestæ. i. bene gubernatæ reipub. ¶ Africam redire. i. ad ptegendos suos. ¶ Alter. i. posterior seu minor Scipio Africanus qui carthaginē deleuit: quā prior seu maior tributariam fecerat. Carthaginē i Africa: & Numātiam in hispania. Lucius Paulus. s. æmilius dictus macedonicus: ob deuictam macedoniá. Currū. s. triūphalē: qa Persem regē captū, licet ob cām eius fleuerat in triūpho suo dixit ante currum auratum quo i capitolium uehebat. ¶ Mario, cōpatriotæ sui nō obliuiscit. Et reuera rertius seruator urbis dictus est: cum tpe cimbrici belli actū fuisset de imperio nisi Marius illi sæculo contigisset. Triūphauit āt de Iugurtha & de cibris: sed hic de Iugurtha non loquit: non. n. Italiam obsederat, neq; de teutonis & ambronibus quoq; triumphum distulit usq; ad deuictos cibros & cū geminis triūphus ipsi decretus esset altero contentus erat. Pōpeius. s. magnus cuius sæpe honorificā facit mentionē, sed cū hoc tpe iunior fuerit Cæsar & ita post alios rogatus sniam ut in Catilinario testatur Salust. dubitare possemus qōo eius pclara iā tum fuerit fama qui Iuliá Cæsaris filiam postmodū duxerit uxorē. ¶ Verum antea multa pclara gesserat. ut Florus late attestat. Hostes alienigenæ deuictū seruari possunt, ciues qui se hostes fecere non possunt. Meis. i. cāç meæ quæ iusta est fauentibus. ¶ Neq; ulla pfecto tāta uis. i. potentia. Cōspirationē. i. cōsensum, uñ cōspiratio ēt in bonā partē accipit. Pro puincia quā neglexi: cōcessit. n. eā Antonio quo aium eius a coniuratis auerteret: uñ Salusti. in Catilinario de Cicerone dicit: ꝙ collegā suū Antonium pactione puinciæ ppulerat ne contra remp. dissentiret. Hoc est ex pacto concesserat Antonio puinciā, unde ille emolumentū ac lucrū grāde cōsequeret. Pro triūpho: quia eidē Antonio belli gerēdi curā dedi, manēs ad urbis costodiá, cū si in bellū cōtra Catilinā pficisci uoluisset: nō dubitet se consecuturū triūphū. Cliētelis puicialibus quas hñt cōsules post cōsulatū in puincia gestū: p hospitio. i. iure hospitalitatis. Nā q semel cōsul ad puinciā missus erat: in ea apud primos ppetuū hēbat hospitiū, tueor. i. defendo: q̃ cōparo. i. acqro. Memoriā. s. honorificā seu honorabilē, ut ppetua sit cōsulat⁹ ab eo tā scē & tā utilr gesti ppetua mēoria

Conspiratio

muro septum esse arbitrabor, q̄ si meam spem oīs improborum fefellerit atq; superauerit, commendo uobis paruum meum filiū, cui profecto satis erit præsidii non solum ad salutem, uerum etiam ad dignitatem, si eius qui hæc solus omnia suo solo periculo seruauit, illum eē filium memineritis. Quapropter de summa salute uestra. P.C. populiq; Ro. de uestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de phanis, ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, de salute Italiæ, de uniuersa repu. decernite diligenter ut instituistis ac fortiter. Habetis enim consulem, qui & parere uestris decretis non dubitat, & ea quæ statueritis quoad uiuet defendere & per seipsum præstare possitis.

¶ Finitur quarta.

Sequitur quinta in eundem Catilinam inuectiua nō quidem ordine quia iam adhuc in ciuitate erat.



On est amplius tempus ocii. P.C. Non est amplius locus potestatum. In Italia pestis italiæ, in ciuitate ciuitatis incendium alitur. Crescit indies, acuires maximas suscipit. Et nisi propere sit extinctum, non modo urbē sed orbem totum pessundabit Catilina. P.C. Catilina hic est qui deo hominibusq; infestus ire perditum patriam & ciues nititur. Qui ut sibi libidinem animi expleat: iustitiæ & pietatis immemor factus est. Qui ad honorem iure sibi per uos negatum uiam parare cupit, morte bonorum, urbis incendio, reipub. detrimento. Nam postquā omnes suos, & famam uiuendo perniciose perdidit, qualiter nos & rempublicam perdere possit aggressus est. Homines enim nepharios: periuros, sacrilegos, omnes denique consimiles, quos in urbe uel in Italia nouerat seruos etiam familias filios nouarum rerum cupidos, domum suam frequentare rogauit. Exulibus patriam, seruis libertatem, pauperibus opes: priuatis honores, singulis gloriam, omnibus omnia dare pollicitus est. Postremo dando & pollicendo sic eos inter se effecerat: ut filii familias parentum iugulos, serui dominorum necem, domorum incendia minarentur. Sed quoniam sibi erat detrimento rei familiaris inopia (Proh nephas) necauit filium: ut nouæ cōiugis potiretur opibus, quæ sibi eo uiuente coniungi timuerat. Hæc patres conscripti quāquam rumoribus uulgi agitentur: per me tamen in uestram præsentiam non uenissent nisi ab iisdem consciis scelerum cognita patuissent. Quos in publicum uenire, & hæc eadem uobis præsentibus confiteri, pudor magis q̄ timor arguit. Nam uestri consulis prouidentia, imo uestro decreto impunitas concessa est oibus qui consilia patefecerint. Vigilat noctes & dies cibum non nisi fame coactus appetit: iugulis nostris intentus. De quibus oculorum ipsius fœditas & maculata facies, dubitare nos nō patit. Accinctus gladio domos familiares nocte circuit, alloquit singulos: hortat multis rōnibus. Postulat ut sese ministro uel duce poti' ad libertatē, honores, diuitias eos trāsire nō pigeat. Ostēdit ad hæc gerēda ips idoneū: suos fortes magnanimos.

ASCE.

¶ Muro. i. munimēto seu p̄sidio. Paruum filium. s. marcum Ciceronem ad quē officia postmodum scripsit: ad salutem. i. ut saluus sit: uerum etiam ad dignitatem ut honore dignus censeat. Vestra populiq; Ro. ubiq; diuersos casus copulat, nam populi hic genitiui ē casus recti a salute. Habetis consulem: de seipso id dicit: & honestius q̄ si me dicat.



On est amplius tempus ocii &c. Hæc inuectiua quinta ponit: habita tñ est aut primo aut secundo loco quia Catilina adhuc in ciuitate existēte. In italia quia in ciuitate sed ab eius interitu manaret, totius italiæ excidium. Crescit indies: ut ualla p̄cipit, indies iungitur uerbo aut cōparatiuo incrementum connotanti. Ire p̄ditum, non dicit perdere: qa futurum minabat, non iam perdebat: immemor. i. neglector: quod minus dixit: q̄ si dixerit contemptor ut erat. Ad honorem. i. magistratum consularē qui singularem honorē consuli & domui eius afferebat. Aggressus. s. ut rem difficilē & terribilē. Homines. n. nepharios. Docet quos secum collegerit Catilina esse nepharios & sacrilegos, quod duplici de causa facit ut & minus timendos significet: & iustius in eos saeuiendum. Etiam familias filios. Nō est ergo uox una filiusfamilias sed locutio nam familias more græco genitiuus est: ut hermenias. i. interp̄tationis cū dr̄ perihermenias. Exulibus patriā. Graphice dicit ea unicuiq; promissa quib' potissimum indigeret. ℣ Omnibus omnia. s. quæ uellent aut possent obtinere, iter se effecerat, aut legendū est affecerat. i. affectione cōmouerat: aut effecerat. i. instruxerat & exhibuerat ac reddiderat affectos, inter se. i. mutuo assensu. ℣ Parētū. s. patrū: iugulos. i. guttura: aut eas gutturis ptes qbus ferro petitis aut icisis uita adimit, unū iugulare uerbū quo utit Flac. in epist. Vt iugulēt hoies surgūt de nocte latrones. Minarent, aio nō uoce: sed iō minarent dicit, qa nondum effecerant. Sed qm̄ ordo est. Sed Catilina pro nephas. s. detestandum necauit filium. s. ex priore cōiuge: inopia. i. p̄pter inopiam rei familiaris quoniam filius erat sibi. s. Catilinæ detrimento. s. ad secundas nuptias quas cum orestilla contraxit ut uisum est in Salustii Catilinario. q̄. s. noua coniunx orestilla timuerat cōiungi sibi. s. Catilinæ: eo. s. filio uiuente. Quāq̄ agitent credo legendū agitant. Nā q̄q̄ authore ualla idicatiuum postulat. Per me. q. d. nolim esse occulti criminis delator: & ita ex cādore ai sui sibi beniuolētiā cōciliat & fidē. Pudor magis q̄ timor: qa data fide publica nihil timēdū erat. Vestri cōsulis nō dicit uestri Ciceronis: qa id publica authoritate non propria fecerat uñ addit: imo uſo decreto. Cibū nō nisi fame coactus, q. d. tam intentus est cædi nr̄æ, ut cibū capere negligat.

Familias filii

ASCE. ¶ Nos ignaros: scilicet rei militaris: aut ignauos. Phoenices psicos uersipelles & ad arma paratos. Cum sit aut cum sciat expientia. Si est sit expientia noiatiui ē ca sus si sciat ablti. Nulla.n.pestis &c. ¶ Tritum est hoc puerbiũ: ēt ab aliis assumptũ. ¶ In curia.i.in senatu. Scit quoq;. Per hoc terret pfitios: mõetq; sibi pspiciāt. ¶ Hos & alios in die. ¶ In nostrũ cõspectum de quorũ. Si nřm ē primitiuũ nulla ē difficultas in cõstructione sin possessiuũ: fit relatio ad ipm ut ad primitiuũ. ¶ Respondē di locũ: unũ scda rñsiua huic rñdere uř: aut haec prima est oium inuectiuaꝝ. Certum aũt est ante alias quasdã habitā: nã dũ hęc haberet adhuc erat in urbe. ¶ In eloquentia: sine tñ sapientia, q̃ pniciosa admodũ ē ut in principio rhethoricoꝝ ueteꝝ manifeste asserit. ¶ Audietis.q.d. audire nõ debetis. ¶ Tacetis.q.d. uideo q̃ audire nulletis. ¶ O camilli, uiroꝝ fortiũ & qui in facinorosos aiaduerterunt meminit. ¶ Expirantis filii: quē occidit Catilina ut orestillę nuptiis locũ faceret. Cur tēperas.i.dissimulas. Nã multũ displicent: tacite eos i sui patriaeq; pniciem cõsentire arguit. Oib⁹ reipu.s.administratoribus, oēs credũt subaudire Catilinã imo terrorē.q.d. q non solũ terribilis sed terror ipse censendus est.

Si subtiliter. Haec Lucii Catilinae responsiua extēporanea uř: est certe minus culta q̃ ut ab eo habita censeat: quē Cicero disertissimus in eloquentia sua cõfidere paulo ante dixerit. Nã & minus latina uř cũ ne reciprocationē qdē (ut dicũt) seruet: cũ dicat. Ne sibi plus psit cauillantis astutia: qd tñ ab aliis rephēsum ego bifariã defendã. ¶ Nã ordo põt esse: ne astutia cauillantis plus psit sibi.i.astutiae: & ne plus psit sibi.s.cauillanti, & utroq; mõ est reciprocationi locus. Est tñ ptritus & uulgaris sermo. Longe aũt uenustior est i secunda rñsiua: quã Pompeius laetus nobis extulit. Sane cum dř in titulo responsiua uideř substantiuũ: nã additur inuectiua. Damnat autem Catilina ea in Cicerone q̃ in seipso agnoscerę merito deberet ut statim dicam. ¶ Cum illo mihi res agitur. Quoniam Ciceroniana eloquentia iampridem oibus nota erat, studet Ciceroni ex ea inuidiam concitare & fidē detrahere. Cum illo saepe idem sumit principium ut ex repetitiõe attentos faciat patres cõscriptos, cum tot in unũ hominē dici posset improperia. ¶ Dissimulare: id contra Catilinae maxime conueniebat uitio dari: erat enim omnium reꝝ simulator & dissimulator. ¶ Subdolo.i.fraudulēto, habente dolũ subtus latentē: ore trilingui.i. serpentino: nã serpens linguis micat ore trisulcis: aut tres diuersas sententias pferenti: aliquibus se facturũ aliquid pmittēte: ac rursus iisdem id idē negāte & mox facienti: aliquibus & neganti & promittēti sed neutrum fideliter exequēti.

Nos ignaros somno, & uentri deditos, & nobis cum diuitiis animum & aetatem cõsenescere, quasi patriam & rempu. armis inuadere esset fortasse timori, nullus timidus. Hic laudat marium syllamq; cruentos phoenices foelices iudicat quibuscum magnanimi sua consilia cõmunicare sors attulit. Sed profecto. P.C. si nos iudicat ignauos & negligentes Catilina, non falliť cum sit experientia. Si.n. nostram non uenisset in curiam: si reip. interuti essem⁹ & patriae, de patria pditor iam expulsus esset. Hoc.n. (ut mihi uidetur) ratio postulat. Nam si Catilina patriam diligit, cur ei incendia parat? Si non diligit, cur in ea ulterius moratur? cur laborat? Machinať indies (sicut iam dictum est) ut iubeat, Roma suomet pereat gladio, quod longe positus nequaq̃ posset efficere. Nulla enim pestis efficacior ad nocendum q̃ familiaris inimicus. Adeo in curia fit frequens: in curia nostri consilii particeps ut notet & designet queq̃ nostrum ad necē: & reipu. cognoscat interitus. Scit quoq; sanguis sibi daret imperium, & ruina quoq; sibi daret assensum. His maxime parat insidias. Hos in die, hos in nocte psequiť. Videte. P.C. uidete huius hois summã audaciam, in nostrũ conspectum uenire non timet, de quoꝝ interitu semper cogitat. Nobiscum loqui non timet: meam accusationē (quã sua cõscientia pbat) non timet. Igiť ab omnibus timendus est, nolite mirari si callidus dissimulator respondendi locum postulat. Confidit enim in eloquentia sua quae maximã ptem ciuiũ detraxit in cladē. Qui igiť sceleratoꝝ hoium tot copias cõpauit, q mēdacia ueritate, & mēdacio ueritatē colorat audientia eis? Tacetis Prohdolor, in qua urbe nos uiuim⁹? Quibus tutoribus resp. nřa defendiť? O camilli? O fabii uos utinã ētis? Audire uelletis illũ q expirãtis filii p̃ces audire noluit? Qui filios in parentes, seruos in dños, in tēp. Italiae latrões armauit? Quid agis Catilina? quid cogitas? Cur furorem tuũ, & audaciã tentas? Cur ille tuus exercitus (q intra moenia clausus est) in capitoliũ non erũpit? Nullus huius ordis ignorat consilia tua, & adhuc in patria remanes, imo in senatu placandi locus est tibi relictus? Scire potes q̃ non multum eia tua facta displicent. Cogitate. P.C. qd res qd tps postulat. Audacia Catilinae timorem omnibus reipu. incutit. Patriae legibu a minať interitum. Viri, mulieres, senes, iuuenes: postremo omnis aetas terrore cõcussa est. Oēs credũt hodie nřa suia liberari. Oibus igiť satisfacietis. P.C. si de ciuitate Catilinã imo terrorē oium expuleritis.

Lucii. C. in. M. Tullium responsiua inuectiua prior. Quae ex tempore uidetur ab eo habita.

Si subtiliter a circunstantibus, quae sit praesentis anthoris controuersia requirať, inueniretur a prope intuentibus ille inter nos, qui uulpis fuit cum agno coram leone cõflictus. Cum illo nãq; mihi res agitur qui magis in dolosis, fraudulentia, uersutisq; rebus q̃ in comitate cõfidit. Cum illo mihi res agitur qui omnes rationes, spesque suas in eloquentiae suae torrente coniecit. Cum illo qui aliud corde dissimulare, aliud ore simulare cõsueuit. Cum illo qui corde subdolo, ore trilingui,

Nos

uultu hispido, barba cœnosa, incessu graui, familiari mendacio ꝓposuit, instituit, & iurauit, qui candida denigrat, & nigra loquendo dealbat, Qui alioꝝ famam depeculans, urbes quoq; mēdacio pessundare cōsueuit. Quapropter mihi timendū, uobis sūmopere cauendū est, ne hodie plus ualeat polita & erudita calliditas, q̄ nuda & uulgaris simplicitas. Ne sibi plus prosit eloquentiæ cauillantis astutia, q̄ mihi obsit infantis linguæ ineptia. Si quo igitur in loco pro dicendi inopia mea uacillabit oratio non illius phalerata uerboꝝ agmina & canorā festiuitatem, atq; cōcinitatis splendentiam sed pondus sententiæ ac ipsum sagaci indagatiōe ꝑscrutari & æquali lance trutinare debetis, q̄ si uos quoq; sniam aduersarii fuco mendacii coloratam, linceis (ut soletis) oculis inspexeritis, inuenietis sub colūbina specie teterrimam caudā latitare scorpionis. Et eo pacto eam inhonestam & inutilē fatebimini, illum nāq; de ciuitate cēset extorrē fieri, cuius maiores eā fundauere, cōstruxere, & ab hostibus ꝓtexere: ac postremo ad tm̄ culmen honoris ꝓmouere: ut imperii magnitudinē solis ortu, & occasu metiremur. Illum de ciuitate ꝓcipitem iubet dari: qui nisi liuoris & detractionis causa obstaret in ea primus aut inter p̄mos haberi deberet. Exeat igit de ciuitate Catilina: & remāeat illic Cicerōis iactantia. Exeat de ciuitate ciuis: & remaneat inquilinus. Exeat de roma romanus, & remaneat arpinas. Exeat hinc scipionis nobilis ꝓpago, & regnet illic natus de paupere pago. Absit Scipionis indoles luculenta. Quid si Scipio nūc ille uiueret nonne tali uteretur alloquio? Ego uici, uos in patriā reduxi, uos tm̄ ciues eiicitis? Ego romā periculo capitis mei ꝓtexi, uos nomen meū delere conamini. Ego feci qđ non erat, q̄ esset, uos me ibi morari nō sinitis. Iā iam nunc arbitror. P.C. qualiter sit inhonesta huius accusatio cognoscitis. Nunc qualiter sit inutilis attendite. Nā si sniam ꝓbaueritis maximas calamitates publicas & priuatas suscipietis reip. hostes acerrimos & asp̄rimos cōprobabitis uobis ipsis mortale odiū & inuidiā sūmā cōflabitis: urbē nō solo (ut putatis) Catilina: sed q̄plurimis ciuibus uacuabitis, & qđ est extremæ demētiæ placidissimos amicos, infestissimos reddetis inimicos. Sed ꝑ deos imortales quorsum aduersarii tota dep̄catio ꝑtinuit? Coniurationē nāq; indignū facinus ostendere laborauit, cū an cōiuratio facta sit ambigat, & de ea q̄si nō sumptū supplicium de qua nōdum cōstitutū ē iudiciū clamat & dolet. O indignū scelus Catilina iā nō dignas pœnas ꝓ cōiuratiōe dedit. q̄si de cōiuratione cōstaret cū nō iā magis illud ꝓbādo q̄ dicēdo suæ sniæ basim cōstituit. Et id solū certū denūciat, qđ nec testib⁹, nec argumētis ē ꝓbatū: sed falsa quadā suspitiōe cōfictū, q̄ a quouis quoq̄ſo cōfingi pōt. Nāq; Catilina p̄res cōscripti tā popularib⁹ q̄ sūmatib⁹ est accept⁹. Quia ignoti: noti, ciues: peregrini, nobiles domū eius frequētabāt. q̄ eo munificētior, affabiliorq; uiuit nullus, q̄ hēt qđ det, & dat nēo largius, idcirco cōiurationē ab eo factā cōcēdit. Quod si ab hoi[...] amari, frequētari, cōsuli, uisitari, cōiurationē uocam⁹, iā Cati[...] item Lælius & Scipio, præterea liberales & dapsiles cō[...] uoi

¶ Vultu hispido. i. bene barbato qui grauitatem præ se fert. sicut in cæteris membris uirilitatē. Iuue. Hispida mēbra quidē & duræ per brachia setæ ꝓmittunt atrocem aium &c. Barba cœnosa. i. imunda, incessu. i. deambulatione graui & pōposa, familiari mendacio. i. quod plurimum apud ipsum & familiā eius ualet. Proposuit. s. cōuicium in me: instituit. i. affirmauit iurauit. Qui candida. i. bona denigrat. i. mala facit & interꝑtat & dealbat. i. iustificat loquendo. i. per uim eloquētiæ suæ, nigra. i. uitiosa. Qui depeculās. i. furto subtrahens famā alioꝝ consueuit quoq;. i. & urbes pessundare sub mendacio, mihi timendū est. i. ego debeo timere: qa imminet ꝑiculum capitale. Ne sibi plus &c. In odium trahere conat eloquentiā Ciceronis: sicut nonnulli inuidiam concitare parant ex diuitiis abundantibus cuiussibet. ¶ Phalerata. i. bene instructa & supba: sicut eespitat in phaleris equus. ¶ Aequali lance. i. examine & iudicio, sumpta metaphora a bilance. Trutinare. i. ponderare aut mensurare. ¶ Linceis. i. acutissimis quales habuit linceus. Scorpionis caudā in qua uenenum est. Exeat repetit in inuidiam Ciceronis. Romæ. i. natus Romæ. Arpinas. i. natus arpini. s. Cicero. Solū autem genus suū laudat: qa se non pōt. Hostes acerrimos & asprimos: uidelicet populares & necessarios ipsius Catilinæ: qui acerrimi sint aio & asperrimi facto. Nam acer dr strennuus & uehemens. Asper difficilis attactu, ut sunt armati. Nō solo Catilina. Significantius id q̄ si diceret non solo me: qa cū de uobis aliqd magnum dicimus aut sentimus tāq̄ de tertio loqmur. Vt æneid. v. Quæ munera uiso digna dabis primā merui qui laude coronam. Quam plurimis: hoc est ualde aut maxime multis: ciuibus sup. aliis, nam & ipse ciuis est. aduersarii. non dicit consulis: nec item Ciceronis, quia in utroq; dignitas foret. Deprecatio. i. de me expellendo ꝓcatio. Indignum facinus non negat quin indignū sit facinus, sed probandum illi fuisse censet prius coniurationem esse factam q̄ eā detestetur tantopere. Et de ea. Ordo ē. Et clamat & dolet. i. dolorem suum ostēdit, quasi non sumptum sup. sit, aut quasi nō sumptum esse supplicium: de ea. s. coniuratione, de qua nondum est constitutum iudicium: hoc est snia iudicium: aut iudicium lege, quod est patefactio per complicem & cōscium aliquē. O indignū: ironicos id dicit. ¶ Basim. i. fundamentū. Certum. i. indubitatū. Confictū. s. a Cicerone & delatore aliquo. ¶ Acceptus. i. charus & iocūdus ac grātus aduentus eius. ¶ Popularib⁹. i. uulgo & plebi. Domū eius, nō dicit domū meā ob cām dictā. ¶ Affabilior. i. comior & concinior aut dulcior amicus. ¶ Lælius & Scipio: summi inter se amici. Liberales. s. oēs ac dapsiles. i. dapum ac sodalitatum præbitores.

ASCE.

ASCE. ¶Accrescũt.i.accedũt ad coniuratos hoc est iter cõiuratos hõdi sunt. Patrociniũ.i. ptectio eius dicti. Sup.i.de. Promoueri.s. a sñia firma. Mihi adiuuãdũ.i.i adiutoriũ assumẽdũ: sed icultius dictũ si nõ ẽ mẽdũ i scripto. Prælocutor.i.p alijs sui defensor.



Mnis ho. Hæc oro lõge cultior est q̃ supior, ita ut ab eo pmeditata uĩ. Cõsultant.i.in cõsilio decernũt. Cuiq̃ uoluptati.i.libidini. ¶ Duret.i.duri & cõstantes sint: æenei.i. Durate & uosmet. ¶ Nec in alterã.i.in neutrã cõtendẽtium, aut rei de qua est cõtrouersia: aut rationũ adductarũ: donec.s. rões uidenĩ clariores luce exñtes deductæ in aptũ. ¶ Tãta uis.i.ptãs orõnis ut trahat auditorẽ in quã sñiam uelit. Aiaduersio, hoc est cõsideratio. Modulabaĩ: id dicit inuidiose. q̃si uero tã peritus sit in dicendo, ut modulis orõnem dimetiaĩ: quæ res oratori fugiẽda ne fidei detrahaĩ, authore Fabio. Illius pcacitas.i.petulãs sermo deleret.i.restingueret, sicut dicit ille. Efficiam posthac ne queq̃ uoce lacessas. Rebus incudere: aut incũbere: si est incudere dicit.q.d. monetã imprimere: hoc est sñiam indere. ¶ Facile uereor ne sera sit. dicere potuisset facile

Appello p uoco

uereor: ut sera.i.nimis tarda: qa iam psuasis iudicibus. Appello.i.i auxiliũ uoco: unĩ uulgo dicunĩ appellationes. Sane appellamus ad maiorẽ aut meliorem: puocamus a minore. Veteres aũt dicebant, appello senatũ, sicut Paulus sanctus, Cæsarem appello dixit. Excipiatis iudiciũ.i. ad iudicãdũ pcedatis. Demulsos.i.delinitos. Romani patritii.i.ex romanis patribus: hoc ẽ senatorib⁹ orti. Atq; Catilinæ. Atq; ponit inter res ad idem ptinentes: sed sub rõne diuersa. Nam ẽt in noie suo uim deputat. Eripite.i.ui demite & tollite: aiam .i.uitã meã. Ab hac luce.s.cæli. Impudentia: nõ q̃ sunt: sed quæ ipudentia sint si in patriam peccauerit. ¶ Animaduertere.i. accurate sumere seruato ordie iuris. ¶ Innocentiam.i.me innocentẽ & falso accusatum. Ne dũ duæ sunt particulę, nã ordo est, ne eatis pditũ.i. ne pdatis, plærosq;.i. plurimos innoxios, dũ defenditis libertatem iniqtate.i.p iniquitatem paucoꝝ, sed Ciceronis pcipue. Non referã. Callide tñ tangit quæ cõprobare non possit. Vobis enim oia nota sunt: hoc quoq; Callide: ut qbus nota nõ sunt: alijs nota atq; uera eẽ putent. Comitijs.i.comitionibus populi ad innouãdos magĩatus. Impudenter & temere. Impudenter quia hõ nouus & in quibus non debebat & cõsulatũ petere, & temere qa populus non debebat dare. Testes hic duo uiri clarissimi. M. Antonius cõsul: in quo spẽ hẽbat ad futuꝝ cõsulatum obtinendũ: & Caius Cæsar, q legem portã p coniuratis ẽt depẽhẽsis cõprobaturus erat, unĩ hæc defensio; aut ab aliquo declamatore post rẽ facta est aut Catilina iam tũ sperabat Cæsarẽ sibi amicũ fore,

accrescũt. Quod uero de filii nece a pio patre ppetratũ esse dixit, sic est incredibile: ut sine ratione patrociniũ deleaĩ. Præsertim cũ neminẽ uestrũ sup hoc dubitationis scrupulo pmoueri cõfidã. Illud mihi potius adiuuandũ puto nemini mirandũ si solus oium Catilina prælocutor apparet. Hoc.n.minis Ciceronis, pce, precio, confectum est, ut nemo se Catilinæ tutorem audeat confiteri. Finitur Lucii Catilinæ rñsiua prima. Ex tpe (ut uĩ) in senatu hita. Sequitur eiusdem in eundem Ciceronem secunda rñsiua quæ præmeditata uidetur.



Mnis hoies qui i maximis principatibus uitam agũt, aut qui de rebuspub. aut priuatis cõsultant, decet i primis aiaduertere, ne cuiq̃ uoluptati temere assentiant: neue liberꝝ ingeniũ furore, aut iracundia pfundent. Sed uigilantius enitendũ est, ut durẽt inuictis aĩs, ut oium rões æque circũspiciant. Nec in alterutrã partẽ declinẽt donec luce clariores in aptum deductæ, & satis porare uideanĩ. Difficile est.n. comotis aĩs, & cõcitatis igeniis ueꝝ cuiq̃ psuadere. Tanta fit plærunq; uis ac frequentia orõnis. Hæc si fuisset uobiscũ. P.C. aiaduersio, dum perperã de meis moribus cõsul nĩ tanta acerbitate loquebaĩ, cum pniciosa & insolenti facundia in caput meũ uestros cõcitabat aios, modulabaĩ orõnẽ, cõsiderẽ pfecto ut illius pcacitas hodierna die inocentia nostra deleret. Sed uideo iã suggestione consulis pectora uestra rebus incumbere, uix meã perpeti orõnẽ, credere iã illius authoritati, meæ pudicitiæ diffidere. Quãobrẽ facile uereor ne sera sit nostræ salutis defensio. Nam paucoꝝ inuidia plærisq; innocentes iure aut iniuria suppeditanĩ. Quæ res pfecto neq; cõstantiæ uiroꝝ illustriũ, neq; romanæ disciplinæ, neq; senatoriæ dignitatis officia uidenĩ. Quare per deos immortales uos. P.C. atq; humanitatẽ uestrã appello. ut in tantis rebus nõ facile iudicium excipiatis, demulsos ac deuinctos aios facundia Ciceronis pristinæ itegritati restituite: & ita restituite ut aliqñ Ro. patritii atq; Catilinæ uerba intelligatis. Si qd in patriam peccaui Quirites, neq; gratiã neq; misericordiã imploro. Eripite tum ab hac luce aiam. Trucidate hoc corpus & mẽbra hæc impudentia diuellite. Non eo tendit oratio nostra, ut Catilinæ misereamini. Summa est enim misericordia in parricidam subitum suppliciũ animaduertere. Sed hanc uerbis clæmentiã postulo. P.C. ne oino innocentiam desertatis ne dum libertatem defenditis paucorum iniqtate plærosq; inoxios pditum eatis. Ostendã uobis atq; elucidabo acerbas in consilio uestro mecũ inimicitias non salute reipu. fuisse exagitandi imperii cã, non manu tenendæ libertatis desiderio cũcta. Nã q̃tæ primũ in supioribus annis imoderatæ i me illum discordiæ agitauerint: quantisq; atq; q̃ crebris postea inuicẽ cõtumeliis uersati fuimus nõ referã, uobis.n.oibus nota sunt qrites. Sed ea malo dicere quæ proximis comitiis postq̃ designatus [illegible] impudenter & temere quæ tandem euomuit se nihilo magis [illegible] [illegible]idio Catilinæ consulatum petere. Testes hic duo uiri clarissimi, [illegible] Antoni. consul, & Caius Cæsar quorum authoritate

terminatio

ASCE. ¶Q̃d ſi uita. Hũc locũ dicit Valla corruptũ & niſi emẽdet̃ uix exponibilẽ: dicitq̃ malã eẽ reciprocationem: ut reuera ſit ſi legat̃ ex moribus ſuis: legã ergo ex moribus eius. Senſus aũt mihi uidet̃: q̃ ſi Saluſtius uicerit uita. i. p uitã ſcelerib⁹ aſſuetam: memoriã. i. mẽtionẽ iſtius. ſ. calũniæ quã unuſquiſq; nr̃m teſtãte aĩo ſuo fert: uos debetis ſpectare aliã. ſ. calũniã nõ ex orõne: quã ꝑcacẽ hẽt ſed ex morib⁹, q cõſcientiam ꝓdũt. Scipiones & metelli alii hñt metellos. Ante fuerunt opinionis & gloriæ. i. antea fuerunt glorioſi & claræ opinionis. Sati⁹. i. melius: & ẽ ꝓclara ſententia. Conferre. i. cõparare cũ his qui iã deceſſerũt, ut cũ Scipionibus metellis fabiis &c. Oiq; ubi q̃ ponit̃ p qa: hoc eſt qa omni odio & inuidia carent. Ceſſat enim inuidia poſt fata & gloria creſcit: unde eſt illud poſt funus gloria maior erit. Et ita ſubiectus iuidiæ adhuc nõ cõparetur merito iis qui ea exẽpti ſunt: uñ ſe potius cũ Saluſtio cõparatũ uelit: hoc ẽ uitã ſuã cum uita illius. Popularẽ ambitionẽ: qua populo uirtute & ꝓclaris factis cõplacere eique morẽ gerere & ſupplicare ſtudemus ſed illã ꝑnicioſã cõtra leges de ambitu: q̃ p larginões & detractiones petim⁹ magiſtratũ aĩo dominãdi: nõ ut ꝓſimus ſed ut ꝓſimus dũtaxat cuius primos. i. ꝓcipuos. ¶ Tã. i. tm̃ Seuerus ſnp. quantũ tu dicis. Quã tu ꝓſcriptionẽ uocas: quã reſpicit ſequẽs. ¶ Nã uidet̃ poni pro q̃d ut ſit, q̃d. ſ. eẽ uigilãtẽ in rep. tu uõcas ꝓſcriptionẽ. Et ſimul mutat pſonã, quia de eo prius in tertia pſona locutus, nũc ad eũ in ſecũda pſona loquit̃. Credo q̃ nõ oẽs tui ſimiles: bñ tui: qa de moribus loquit̃. Meliore loco. i. ſtatu & cõditione. ¶ Annumeratus. i. eẽs non in tanta dignitate: aut punitus cũ lẽtulo: cethego & aliis coniuratis: aut occiſus cũ catilina. ¶ Fortunatã bene dẽpſit ſupfluũ. ¶ Nec eſt hic totius uerſiculus ponẽdus. Hõ leuiſſime. i. incõſtãtiſſime: qa in hiſtoria catilinæ ubi ueritas quærit̃ bonũ cõfeſſus ẽ eẽ cõſulẽ & ſalubriter uigilãtẽ. Hoc ordie. i. corã uobis in ſenatu. q. d. nequaq̃, cũ tñ minus periculoſum ſit: qa ſcripta manẽt. Increpaiſti. i. crepitu flagitioſum mẽritus es. Quãtũ tu a pudicitia: ſubaudies dicere potuiſſet te: ut ſit quãtũ puto te abeẽ: ſed minus dixiſſet. Nocens. i. male uiuẽs: patrocinio. i. ut per eã defendaris. Rudimẽta. i. doctrinã primam, incunabula. i. primordia quæ ad huc incunis adhibentur. Nam q̃ iſta alii legunt ita: & ponitur: nam continuatiue ut ſæpe alibi. Mulieres. i. cum ſint mulieres. Tu uir a uiris. Vnde muliebria pati ſolitum & pathicum eſſe recriminatur. Ego fugax. Sunt qui legant. Egon ſed id nimis comicum uidetur. Eſt autem interrogatiue legendum. Furori tribuni plæbis. Alii legunt furore ſed minus cõgrue

q̃ ꝑ qa
Careo odio

q̃ ſi uita iſtius memoriã uicerit aliam. P. C. nõ ex oratione ſed ex moribus eius ſpectare debetis. Iã dabo operã q̃ maxime potero breue ut faciã neq; noſtra nobis inutilis altercatio erit. P. C. plæq; enim reſpu. priuatis creſcit inimicitiis ubi nemo ciuis qualis ſit uir põt latere. Primũ igit̃ qm̃ omniũ maiores C. Saluſti⁹ ad unũ exemplũ & regulã quærit uelim mihi reſpondeat nunqd hi quos ꝓtulit Scipiones & metelli ante fuerũt aut opinionis aut gloriæ q̃ eos res ſuæ geſtæ & uita innocẽtiſſime acta cõmendauit? q̃ ſi hoc fuit illis initiũ nominis & dignitatis, cur nõ æque de nobis exiſtimet̃ cuius & res geſtæ illuſtres ſunt & uita integerrime acta? q̃ſi uero tu ſis ab illis uiris Saluſti ortus; q̃ ſi eſſes, nõ nullos iam tuæ turpitudiuis pigeret, ego meis maioribus uirtute mea ꝓluxi ut ſi prius noti nõ fuerint a me accipiãt initiũ memoriæ ſuæ. tu tuis uita quã turpiter egiſti: magnas offudiſti tenebras ut etiã ſi fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionẽ. Quare uoli mihi antiquos uiros obiectare. Satius eſt enim me meis rebus geſtis florere q̃ maiorũ opinione niti, & ita uiuere ut ſim poſteris meis nobilitatis initiũ & uirtutis exẽplũ. Neq; me cũ his cõferre decet. P. C. qui iã deceſſerunt, omniq; odio carẽt & inuidia, ſed cũ his qui mecũ una in repu. uerſati ſunt. Sed ſi fuerim aut in honoribus petẽdis nimis ambitioſus nõ hãc dico popularẽ ambitionẽ cui⁹ me ꝑcipẽ cõfiteor, ſed illã ꝑnicioſã cõtra leges (cui⁹ primos ordines Saluſti⁹ duxit) aut in gerũdis mr̃atibus aut i uidicãdis maleficiis tã Seuerus aut i rep. tã uigilãs (quã tu ꝓſcriptionẽ uocas) credo q̃ nõ oẽs tui ſimiles icolumes i hac urbe uixiſſẽt. At q̃to meliore loco reſpu. ſtaret ſi tu par aut ſimilis ſceleſtorũ ciuiũ una cũ illis annumeratus eẽs? An ego tũc falſo ſcripſi cedãt arma togæ, q togat⁹ armatos & pace bellũ oppſſi? An illd̃ mẽtit⁹ ſũ fortunatã me cõſule Romã, q tm̃ iteſtinũ bellũ ac domeſticũ urbis icẽdiũ extixi? Neq; tui piget te hõ leuiſſime cũ ea culpas q̃ i hiſtoriis mihi gl'iæ ducis? an turpius ẽ. P. C. ſcribẽtẽ mẽtiri q̃ illũ palã hoc ordine dicẽtem? Nã quod in meã ætatẽ increpuiſti tãtũ me abeſſe puto ab impudicitia quãtũ tu a pudicitia. Sed qd ego de te plura q̃rar, qd eni mẽtiri turpe duces q auſus mihi ſis eloquẽtiã ut uitiũ obiicere? cuius ſemp nocẽs eguiſti patrocinio. An illũ exiſtimas poſſe fieri ciuem egregiũ q uõ his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ alunt̃? Sed minime mirũ ẽ. P. C. ſi q deſidix ac luxuriæ plenus ſit hæc ut noua ac inuſitata mirat̃. Nã q̃ iſta inuſitata rabie petulãter in uxorẽ & in filiã meã inuaſiſti, quæ facilius mulieres ſe a uiris abſtinuerunt q̃ tu uir a uiris: ſatis docte ac perite feciſti, uõ enim ſperaſti mutuã tibi gratiã relaturũ ut uiciſſim tuos compellarẽ: unus. n. ſatis es materiæ habens: neq; quicq̃ turpius ẽ domi tuæ q̃ tu. Multum te uero opinio fallit qui mihi putaſti parare inuidiam ex mea re familiari, quæ multo mihi minor eſt q̃ habere dignus ſum atq; utinam ue eſſet tanta quidem quanta eſt ut potius amici mei uiuerẽt q̃ ego teſtis eorum locupletior eſſem. Ego fugax Criſpe Saluſti? Furori tribuni plæbis, ceſſit utilius duxi

quáuis

quãuis fortunã unus expiri q̃ uniuerso populo Ro. ciuilis essem dissen siõia cũ. Qui postea q̃ ille suũ animũ in repu. debacchatus eẽt omniaq; q̃cũq; cõmouerat pace & ocio resederũt hoc ordine reuocãte atq; repu. manu retrahẽte me reuerti: q mihi dies si cum omni reliq̃ uita cõferat animo q̃dẽ meo superet cũ uniuersi uos populusq; Ro. freq̃ẽs aduẽtu meo gratulatus, tanti me fugacem mercẽnarii patronũ æstimauerũt. Neq; hercle mirũ est, si ego semp iustas omniũ amicitias existimaui. Nõ.n. uni priuatim ancillat⁹ sum neq; me addixi. Sed q̃tũ q̃sq; reipu. studuit tm̃ mihi fuit aut amicus aut aduersarius. Ego nihil plus uolui ualere q̃ pacẽ. Multi priuatorũ audacias metuerũt, ego nihil timui nisi leges. Multi arma sua timeri uoluerunt: ego nunq̃ uolui quicquã posse mihi præ uobis: multi ex uobis potentia freti uobis suis uiribus abusi sunt. Itaq; non est mirum si nullius amicitia usus sum, qui nõ perpetuo reipu. amicus fuit, neq; me pœnitet si aut petenti Vatinio reo patrociniũ pollicitus sum, aut Sexti insolentiã repressi, aut Bibuli pacientiã culpaui, aut uirtutibus Cæsaris faui, quæ si tu mihi ut uitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea uitia culpabuntur. Plura dicerem si apud alios mihi esset differendum. Patres conscripti non apud uos quos habui omnium actionum mearum monitores, sed ubi rerũ testimonia adsunt quid opus est uerbis? Nunc ad te reuertar Salusti patrẽq; tuũ prætercam, qui si nunquã in uita sua peccauit tamen maiorẽ iniuriam reipublicæ facere non potuit q̃ q tete talem filium genuit. Neq; tu si qua in pueritia peccasti exequar, ne parentem tuum uidear accusare q eo tempore summam tui potestatem habuit, sed qualem adolescentiam egeris, hac enim demonstrata facile intelligetur q̃ petulanti pueritia q̃ impudicus & procax adoleueris. Postea quã immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere nõ potuit, & ætas tua ad ea patienda quæ alteri facere collibuisset exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses in aliis experireris. Ita non est facile reputare Patres conscripti utrum inhonestioribus corporis partibus rem quæsierit an amiserit domum paternam uiuo patre turpissime uenalem habuit uendidit, nec cuiquã dubium esse potest quin mori coegerit eum: quo nondũ mortuo pro hærede gesserit omnia. Nec pudet a me quærere quis in P. Crassi domo habitat cũ ipse respondere nequeat quis in ipsius habitet paterna domo. At hercle lapsus ætatis tyrocinio. postea se correxit? Non ita est sed abiit in sodalitium sacrilegi Nigidiani bis iudicio ad subsellia attractus extrema fortuna stetit & ita decessit ut non hic innocens esse sed iudices peierasse existimarentur. Primum honorem in quæstura adeptus secutus est hunc locum hunc ordinẽ despectũ

ASCE. ¶ Quãuis. i. etiã asperimã. Et prudenter ad pietatẽ suã in patriã conuertit: qđ ultio datum erat. Reuerti. i. spõte reueni: quasi sit reuerti me: qui uero reuersum dicit quasi ab alio uersus sit dicere uidetur. Aduentu meo. i. in aduentu: aut da-tiuus est in u quo ueteres sæpe utebãtur: ut parce metu citherea: q nec cõcubitu indulgẽt. Nã a genitiuo in us fit datiu⁹ in u: ut a genitiuo i uis datiu⁹ i ui, ut docet Serui⁹. Tãti me fugacẽ mercẽnarii. alii legũt mercẽnariũ: sed legam⁹ cũ Põponio læto mercẽnarii sic. Mercẽnarii æstimauerũt fugacem. i. quẽ tu fugis fugacem tãti. i. tanto precio æstimandũ: ut aduentui meo gratularentur: & hi. s. clientes: aut plurimi ciuiũ: æstimauerunt. i. reputauerunt me patronum. Ancillatus sum. i. inseruiui. Nisi leges. i. facere cõtra leges: Præ uobis. i. plus q̃ uos. Temeritas tua: qui qđ laudandũ est uituperas. Bibuli pacientiam: de quo Suetonius dicit q sic Cæsari in consulatu cessit ut essent qui scriberẽt Caio & Iulio. nõ Caio & Bibulo consulibus quid actũ. Temeritas: qa reprehendit nõ reprehendẽda & quorũ consilium nescit. Monitores, plus est q̃ si diceret permissores aut conscios. Patrẽq; tuum prætercam. q. d. de eo nihil dicam: cum mihi meorum maiorum ignobilitatem obieceris. Iniuriã: id quoq; iniuriose dictum. Nam nemo iniuriam facit dum quæ contra ius non sunt facit, ut est liberos procreare. Verum gignẽdo Salustiũ non iniuriam: sed perniciem aut dãnum reip. intulit. Si qua. i. si aliqua. q. d. ea quæ per prudentiam ætatis cõmisisti prætoribo. ¶ Immensæ gulæ. i. uoracitati, quæstus. i. lucrum. Exoleuerat. i. extra opportunitatem ad patienda muliebria excreuerat. Vnde exoleti dicitur pueri muliebria passi, sed iam adultiores qua ut deinceps patiantur. Experireris faciendo ea q̃ pati solebas ab aliis. Vtrum inhonestioribus corporis ptibus rẽ quæsierit: qa inhonestissimis acq̃siuit: utpote pudendis posterioribus stupro expositis: & deinde amisit anterioribus ad stuprandum adhibitis, hoc est inguine acquisiuit, & pene amisit. ¶ Turpissime: qa etiam mortuo patre turpe fuisse patrias ædes alienare, nec habuit solũ uenalẽ: sed & uendidit & ita ut uerisimile ẽ ex ei⁹ rei dolore prẽm mori coegit. Pro hẽde qa. n. hæres futur⁹ erat callidi emptores rẽ minoris multo ac erat ab eo emebãt. Quis i publii Crassi domo qa Cicero eam emerat. sed pulchrius rẽ alienã emisse, q̃ p libidinẽ patrimoniũ uẽdidisse. Noue aũt dicit in ipsius pẽna domo. Võ licet adnotare idẽ ius eẽ possessiuis nominalib⁹: quod & pronominalib⁹. ¶ Nã ut dico meã ipsi⁹ domũ uendidi: ita hic dicit in ipsi⁹ pẽna domo. ¶ At hercle ironia ẽ: quã ne aliter intelligat apte dicẽs. Non ita est. Ætatis tyrocinio. i. nouitate. Fiũt ergo ab illis in o abstracta in iniũ ut lenociniũ tyrociniũ, latrociniũ: lurcociniũ. In sodalitiũ. i. societatẽ dapis & cõcessatiõis. Extrema fortuna. i. sũmo periculo: nã si iudices incorrupti fuissent: ultimum suppliciũ tulisset. Primum honorem. i. primum magistratũ: nõ dignitatem: nam infimus erat ut ædilitas: sed ordine quo ascẽdere solebãt: secut⁹ est. i. insecutus ad obtinẽdũ hũc. i. senatorium locum: & ex ordine despectum. i. quẽ despexit. Alii despexit legunt & patuisset: sed uerior est hæc pomponiana lectio.

Reuerto

Possessiua

Abstracta i cinium

T iiii

cuius aditus sibi quoq; sordidissimo hoium patuit. Itaq; timēs ne facinora eius clādestina clara nobis eēnt, cū oibus matrū familiaꝶ uiris opprobrio eēt, cōfessus ē uobis audiētib⁹ adulteriū, neq; erubuit ora uestra. Vixeris ut libet Salusti, egeris q̄ uolueris satis est unū te tuoꝶ scelerū eē cōsciū noli nobis lāguorē & saporē nimiū exprobrare: sum⁹ diligētes in tuēda pudicitia uxoꝶ uſarū, sed ita experrecti nō sumus: ut a te cauere possim⁹, audacia uestra uincit studia nostra, Et qđ hūc mouere possit fcm̄ aut dictū turpe quem nō puduerit palā nobis audiētibus adulteriū cōfiteri? Qđ si nihil pro me tibi rńdere uoluissē sed illud cēsoriū eloquiū Appii Claudii & L. Pisonis itegerrimoꝶ uiroꝶ (quo usus qſq; eorū pro lege) palā uniuersis recitarē, nōne tibi uiderer æternas inurere maculas quas reliq̄ uita tua eluere nō posset? neq; post delectū senat⁹ te unq̄ uidim⁹ nisi forte in ea te castra cōieciſti quo ois sentia reip. cōfluxerat. At idē Salu. qui in pace nec senator qdem mānserit posteaq̄ resp. armis oppſſa ē, & idē uictor qui exules reduxit i senatū post quæsturā reductus ē. Quē honorē ita gessit ut nihil uenale nō in eo habuerit cui⁹ aliqs emptor fuerit. Itaq; egit ut nihil nō æquum atq; uerꝶ duxerit qđ ipsi facere collibuisset. Neq; aliť uexauit ac debuit si qs p̄dæ loco accepisset magratum. Peracta qſtura postea q̄ magna pignora eis dederat cū qbus similitudie uitæ se cōiūxerat unus iā ex illo grege uidebať. Eius. n. ptis exēplar erat Salu. quo tm̄ in unā uoraginē coet⁹ oium uitioꝶ excesserat, qcqd ipudicorum, cillonū: pricidaꝶ: sacrilegoꝶ, debitoꝶ fuit in urbe, municipiis coloniis, itaq; tota sicut in fretis subsederāt nois pditi ac notaniſſimi, nulla pte castris apti nisi lnia uitioꝶ ac cupiditate reꝶ nouarum. At postea quam prætor est factus: modeste se gessit & abstinenter. Nonne ita prouinciam uastauit ut nihil neq; passi sint, neq; expectauerint grauius socii nostri in bello quā experti sunt in pace, hoc Africam in terrore obtinente. Vnde tantum hic exhausit. P. C. quantum uoluit, ne causam diceret Sestertium duodecies cum cæsare paciscitur, q̄ si quippiam eorum falsum est hic palam refelle. Vnde qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris: repente tanquam somnio beatus hortos preciosissimos, uillam Tiburti. C. Cæsaris reliquasq; possessiones parauetris? Neq; piguit quærere cur ego. P. Crassi domum emissem. cum tu ueteris uillæ dominus sis cuius pauloante fuerit Cæsar, modo inquam patrimonio non comeso sed deuorato quibus rationibus repente factus es tam affluens & tam beatus? Nam qs te faceret hæredem? quem ne amicum quidem satis honestū qsquam sibi ducit nisi similis ac par tui, At hercle egregia facta maiorum tuorum te extollunt. quorum siue tu similis es siue illi tui, nihil ad tuum scelus ac nequitiam addi potest. Verum (ut opinor) honores tui te faciunt insolentem. Tu Cri. Salusti totidem putas esse bis senatorem & bis quæstorem fieri quot bis consularem & bis triumphalem? Carere debet omni uitio qui in alterum dicere paratus est: demum maledicit qui non potest uerum ab alio audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium

Cubiculorū

ASCE. ¶ Cuius. s. senatorii ordinis aditus: patuit quoq. i. etiam sup. ipsi sordidissimo, i. qui erat sordidissimus hominum: scriptū offendi sibi: & ita dura ē reciprocatio quæ bona esset si legatur aditum & parauit. Opprobrio esset: quia de adulterio suspectus. Confessus adulteriū. In uita eius tamen dicitur confessus habuisse cōmercium cum libertinæ conditionis mulieribus. Vixeris: amara permissio. Et qđ. q. d. nullum. Quisq; eorum, hanc parenthesim. Pō. lætus dempsit. Vnus ex grege: quia similis eorum. Eius. n. partis exemplar. i. princeps quem omnes ad imitationem intuebantur. Cilonum. i. eorū quorum capita oblonga & compressa sunt: & sæpe agitata & mota ut ilanis aut chilonum. i. improbe laboratorum dicit, qđ minus placet. Sunt qui habeant lenonū cillonum &c. debitorū. i. ære alieno deuinctorum. Alii legunt deditorum. Subsederant. i. in imo sedem habuerant. Nulla in parte casti: melius legitur castris apti quia uitiosi & seditiosi acrem militiam gerere solent. At postea: iterū ironia quā aperit dicens. Nonne &c. Obtinuit autem Africam prouinciam fauore cæsaris: & ex spoliis eius ortos amœnissimos qui ab eo Salustiani dicti sunt comparauit. Sestertia alii sestertio: ego sextertiū legam. paciscitur cū Cæsare qđ uulgo dicunt composuit & caput suum tanti redemit. Ne causam diceret. i. se defēderet.

Causā dicere

Qui modo. i. pauloante: redimere. i. iterū emere, aut hypotheca soluere. Hortos de quibus in uita dictum est. Tiburti. i. oppido qđ a tiburto tiburtum & tibur dictum est. Cæsar, qui dictator perpetuus esse uoluit. Comeso. i. paulatim: ut a comedente consumpto, sed deuorato. i. gulose ingurgitato. Similis ac par tui. Ego par: ubi ad mores refertur etiā genitiuo construitur.

Par tui

¶ At hercle: iterum ironicos loquitur. Quorum siue tu similis. Nihil argutius, quia siue Salust. sit similis maiorum suorū: siue maiores eius similes Salustii: utroq; modo constet eos perditos esse: quia similis perditi non potest non esse perditus. At si dicat se illorū dissimilem: frustra se ob nobilitatem & uirtutem eorum iactet. Verum ut o. iterum ironicos loquitur. Totidem, dicere posset tantidem: sed adderet: quanti ubi scribitur quot. Nam ordo est putas esse totidem. i. tanti momenti, esse bis senatorē & bis quæstorē ut tu fuisti. quot. s. fuisse bis consularem & bis triumphalem. q. d. ut ego fui. Et si dicat Salust. cur sic in me inucheris. dicit se referre conuicia nō inferre.

cubiculoꝝ in ætate pellex & idē postea adulter ois ordinis turpitudo & ciuilis belli memoria Quid.n. hoc grauiꝰ pati potuimus q̄ q̄ te incolumē in hoc ordine uideamus? Desine bonos petulantissima cōsectari lingua. Desine morbo ꝓcacitatis isto uti. Desine unūquēq; moribus tuis æstimare, his moribus amicū tibi efficere nō potes uideris uelle inimicū hēre. Finē dicēdi faciā. P.C. Sæpe .n. uidi grauiꝰ offendere aios auditoꝝ eos qui aliena flagitia apte dixere q̄ eos q̄ cōmisere. Mihi qdē rō hñda est nō q̄ Salustius merito debeat audire, sed ut ea dicā si qua ea honeste effari possum.

Oratio lepidi consu. ad populum ex libris historiatum. C. Crispi Salustii.



Læmentia & ꝓbitas uestra Quiri. qbus p cæteras gētis maximi & clari estis, plurimū timoris mihi faciunt aduersus tyrānidē. L. Syllæ. Nedū aut ipsi nefanda nō æstimaris ea paꝝ credendo de aliis circūuenia mini, ꝓsertim quū illi spes omnis in scelere atq; perfidia sit, neq; se aliter tutū putet q̄ si peior atq; instabilior metu uro fuerit, quo captiuus libertatis curam miseria existimat, aut si prouideritis in tutandis periculis magis q̄ ulciscendo teneamini. Satellites qdem eius hoies maximi nois non minus optimis maioꝝ exēplis: nequeo satis mirari qui dñationis in uos seruitiū suū mercedē dant. & utrūq; p iniuriam malunt q̄ optimo iure liberi agere. Preclara Brutoꝝ atq; Aemiliorum & Luctatioꝝ ꝓles, geniti ad ea quæ maiores uirtute peperere subuertēda, nā qd a Pyrrho Hannibale, Philippoq;, & Antiocho defensum ē aliud q̄ libertas, & suæ cuiq; sedes, neu cui nisi legibꝰ pareremus: quæ cuncta sæuus iste Romulus quasi ab externis rapta tenet non tot exercituū clade, neq; consulū & alioꝝ principū, quos fortuna belli cōsumpserat satiatus. Sed tū crudelior quum plærosq; secundæ res in miserationē ex ira uertūt. Quin solus oium post memoriā hoium supplicia in post futuros cōposuit, qs prius iniuria q̄ uita certa esset prauissimeq; p sceleris imanitatem adhuc tutus fuit, dū uos metu grauioris seruitii a repetēda libertate terremini. Agēdū atq; obuiā eundū est Qui. ne spolia uestra penes illum sint. Non ꝓlatandū neq; uotis paranda auxilia, nisi forte speratis tedium iam aut pudorē tyrānidis Syllæ esse: eum per scelus occupata periculosius dimissuꝝ. At ille eo ꝓcessit ut nihil gloriosum nisi tutū, & oia retinēdæ dñatiōis honesta existimet. Itaq; illa qes & ociū cū libertate quæ multi ꝓbi potius q̄ laborem cū honoribus capessebāt nulla sunt, hac tēpestate seruiendū, aut imperitandū, hñdus metus est aut faciendus Quiri. Nā qd ultra? Quæ ne hūana supant aut diuina ipolluta sunt Po. Ro. paulo āte gentiū moderator: exutus impia, gloria iure cogitādi inops despectusq; ne seruilia qdem alimēta reliqua hēt. Socioꝝ & latii magna uis ciuitate p multis & egregiis factis a uobis data per unū ꝓhibent, & plæbis innoxiæ patrias sedes occupauere pauci satellites mercede sceleꝝ: leges, iudicia, ærariū, ꝓuinciæ, reges, penes unū. Deniq; necis ciuiū & uitæ licentia, simul humanas hostias uidistis & sepulchra infecta sanguine ciuili. Est ne iuris reliq aliud

¶Cubiculoꝝ pellex: qa pulsis cōiugibus eoꝝ locū supplesti patiens muliebria. Si qua: argute dubitet an se digna sint. ASCB.



Læmentia & ꝓbitas uestra &c. Hæc oratio seu cōcio ad populum est marci Aemilii Lepidi cōsulis ad populum Romanum, qui de se ut de alio in fine locuturus est ubi se cōmēdat. Quod te admōitum uelim lector. Nam illic adnotamentum nostrum inuersum est. Nam ubi scripseram se cōmendat, & ad sui cōmendationem quē & cuius supposita sunt. Dehortat aūt populum a factione Syllæ & ut libertatem se præside uendicet monet. Tyrānidem .i. uiolentā occupationem domini. Erat tamē olim rex omnis tyrānus dictus, unde est illud. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Ne dum duæ sunt particulæ. Peior metu .i. ob metum uestrum. ¶Libertatis curam: q̄ habent qui adhuc eam asseq sperant. ¶Maximi nominis .i. famæ. Ordo ē nequeo satis mirari: satellites eius .s. Syllæ existentes homines maximi nominis & non minus .i. & pariter optimis exemplis maioꝝ, qui seruitium suum dāt mercedem dñationis in uos. Liberi agere .i. uiuere. Præclara ꝓles per ironiam id dicit. A pyrrho epirotaꝝ rege nobilissimo de genere æacidaꝝ: qui potiundi imperii causa graue cum romanis bellum gessit Hannibale Carthaginensium duce ferocissimo qui si uictoria uti sciuisset imperium Romanum exterminasset & Carthaginem auertisset. Philippoque macedonū rege: & antiocho rege syriæ. Quid inquā defensum est a Pyrrho, ubi a præpositio non notat ablatiuum agentem: non.n. pyrrhus defendit: sed terminum a quo. Nam defensæ sunt sedes a Pyrrho & reliquis ut ab inuasoribus. Defensæ autem a Romanis ut qui eas protexerunt. Romulus iste per contemptum .i. Sylla q se alterum Romulum dicit. ¶Satiatus .i. ad societatē pacatus, quia adhuc sitit sanguinem innocentum. ¶In post futuros: quia etiam nondum natis seruitutem intulit. ¶Prolatādum .i. porro differendū. ¶Eo processit .i. ad id. Capessebant .i. libenter accipiebant. ¶Faciendus .s. Syllę. Nam quid ultra sup. est aut expectamus. Quæ ne humana superant .i. extant & reliqua sunt: ut æneí .iii. Quid puer, Ascanius superat ne & uescitur aura? aut quæ sup. diuina sunt impolluta? q.d. nulla. Nō Supero
dicit quæ diuina superant: quia omnia diuina superant: cum sint immortalia: sed non sunt impolluta. Nisi tamen diuina intelligamus potius diis consecrata ut phana & aras. Populus Romāus aū gentiū .s. uniuersarum. Seruilia .i. quæ seruis distribui singulis mensibus solent: unde dimensum dictum. ¶Penes unum .i. in potestate unius .s. Syllæ. ¶Licentia .i. mala permissio ut utrum libuerit exequatur.

ASCE. ℂQuā ſoluere iniuriā.i.pēdere qđ iniuſte petit. Vnū finē.i. mortē. Vel.i.etiā ſeptis.i. circundatis & ſtipatis:ac munitis: ferro.i. armis ſatellitū,ut regib⁹ & tyrānis hocē ĉ potētiſſimis moriendū eſt. Neq; qſq̄ nihil auſus.i.q nihil prius auſus aut exptus ſit. Expectat extremā neceſſitatē.ſ.i qua poſitus nihil amplius poſſit,niſi muliebri ingenio.i.niſi is q̄ muliebre habet ingeniū, pdegerint.i.pdigalr cōſumpſerit. ℙ Proſcriptionē,cuius tabulā ſylla ſūmope poſuit,uñ Iuue.tabulā ſyllæ ſedicāt diſcipuli tres. ℙ Cimbricā pdā.i.ſumptā a cībris ſīmis hoſtibus. Datū uenū.i. uenditioni: dono.i.gratis. Quod.ſ.hēre poſſeſſiōes ciuium pſcriptoꝝ.eſt uel.i. ĉ maximū ſceleꝝ illius. Nō me repete obiectet. Quæ rabie cōtracta.i.ſubito furore illata. In gloria.i.p glorioſe geſtis numeret. Exiſtimetis.i.cēſeatis & iudicetis,ſed q̄tū audiatis. ſ.dici. Cōmaculatos.i.corruptos Tarulę ſcyrthoq; noia ſūt ſeruoꝝ tūc notiſſimorū,ptæ.i.acqſitæ. An qbus &c. Ordo eſt. An ſup.illi qbus ſudiſius turpis ancilla.i. pp cōmerciū ancillæ, & dehoneſtamētū. i.dedecus oium bonoꝝ: aut oium bonorū,eſt plātus in magiſtratibus capiēdis.i. obtinēdis:nō uelit oia mutata pter uictoriam.ſ.ſyllæ.q.d. minime,nā ſyllæ uictoria hōeſtiſſima & opti a qdē fuit:ſed uſus uictoriæ peſſimus:nā in ſūmā tyrānidem cōuertit. Et ita ne ſyllæ uictoria quē ſeducat monet. Itaq; maximā mihi fiduciā pti uictor exercitus:qa & firmior & aioſior & ptior futur⁹ uſ q̄ hoſtis uictus. Fiducia aūt fere in bonā pte accipiſ. Cōfidentia in malā: authore Seruio. Quæſitū.i. Per tyrānū.i.occupatorē iniuſtū. Euerſum ſupinum eſt. Nā ordo eſt,niſi pfecti ſunt euerſum.i.ad euertendū ptātē tribunitiā cōditā a maiorib⁹ ſuis p arma.i. ui bellicā exercitā i pſes. In paludes & ſiluas.i. loca ſola & inacceſſa:atq; ui naturali mūita. Obtētui.i.ad obtētū aut oſtētui. Plæbes noiatiuus eſt antiquus,qm oli hæc plæbes plębei dicebaſ. Nūc hæc plębs plæbis. Penes. i.in ptāte & poſſeſſiōe. Probato.ſ.iuſſa tyrāni:annuite.i.obſecūdate, q̄ iuſſiōes uſ p hibitiuā hñt & nūciatiōe iurādæ ſūt. Circūuenīedā.i. decipiēdā. Exēplū aūt tradit ſceleris ppetrandi,q iniuriā ſūmā accipit inultus. Nā ſic aium addit iniuriāti. ℙ Mihi ſatis.ſ.gloriæ & honoris,aut etiam rerum,q̄ſitum.i. acqſitum. Noi.i.famæ maiorum,pdio.i.agro poſſidendo,niſi legendū eſt pſidio. Priuata.ſ.mihi pprias opes, facultates & potentias. Seruitio quod ſylla infert poſt clarā uictoriam. Marcum Aemilium conſulem. Ob cuius cōmendationem. Nam in eo ſummam ſpē habebat hanc concionem inſtituiſſe uidetur.

Fiducia
Cōfidentia



Axie uellē. Oro hæc ſupiori uſ affinis: nam lepidi ſniam maxiopere ſprobat & ob eā in Marcum Aemilium inuehit. Eſſe noxæ.ſ. nocumento.

q̄ ſoluere iniuriam, aut mori per uirtutem? Quoniam quidē unū omnibus finem natura uel ferro ſceptris ſtatuit. Neq; quiſq̄ extremam neceſſitatem nihil auſus niſi muliebri ingenio expectat. Verum ego ſeditioſus (uti Sylla ait) qui præmia turbarum quæro, & bellum cupiens, qui iura pacis repeto, ſcilicet quia non aliter ſalui ſatiſq; tuti in imperio eritis, niſi Vectius Picens & ſcriba Corneius aliena bene parta prodegerint: niſi approbaueritis omnes pſcriptionem innoxiorum ob diuitias: cruciatus uirorum illuſtriū uaſtatam urbem fuga & cædibus, bona ciuiū miſeroꝝ quaſi cimbricam pdam uenū, aut domo datam. At obiectat mihi poſſeſſiones ex bonis pſcriptoꝝ, qđ qdem ſceleꝝ illius uel maximū eſt. Nō me neq; quēq̄ oium ſatis tutū fuiſſe ſi recte faceremus: atq; illa q̄ta formidine mercatus ſum pcio ſoluto iure dominis tñ reſtituto. Neq; pati cōſiliū eſt ullā ex ciuibus pdam eſſe. Satis illa fuerint q̄ rabie contracta tolerauimus. Manus conſerentis inter ſe romāos exercitus & arma ab externis in noſmet uerſa: ſceleꝝ & cōtumeliarum oium finis ſit quoꝝ adeo Syllā non pœnitet, ut & facta i gloria numeret, & ſi liceat auidius fecerit. Neq; iam quid exiſtimetis de illo, ſed q̄tum audiatis uereor. Ne alius alium principem expectantes antecapiamini non opibus eius quæ futiles & corruptæ ſunt: ſed ueſtrā ſecordiā quā ratum miri licet, & quā aude at tam uideri fœlicem, Nam pter ſatellites cōmaculatos: quis eadē uult, aut quis non oia mutata pter uictoriam.ſ. milites quoꝝ ſanguine Tarulæ Scyrthoq; peſſimis ſeruoꝝ diuitiæ partæ ſunt, an q bus plātus in magiſtratibus capiendis. Fuſidius ancilla turpis, honoꝝ oium dehoneſtamentū. Itaq; maximā mihi fiduciā parit uictor exercitus, cui p tot uulnera & labores nihil pter tyrānum q̄ſitum eſt niſi forte tribunitiā ptātem euerſum pfecti ſunt p arma conditā a maioribus ſuis utiq; iura & iudicia ſibimet extorq̄rēt egregia.ſ.mercede cū relegati in paludes & ſiluas in cōtumeliam atq; inuidiā ſua pmia penes paucos intelligerēt. Quare igiſ tāto agmine atq; animis incedit. qa ſecundæ res miro ſunt uitiis obtentui, quibus labefactis q̄ formidatus eſt tā contemneſ, niſi forte ſpe concordiæ & pacis: quæ ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit neq; aliter.r.p. & belli finem ait niſi maneat expulſa agris plæbes pda ciuilis acerbiſſima ius iudiciūq; omnium rerum penes ſe quod. P.R. fuit quæ ſi nobis pax & compoſita intelliguntſ maxima turbamenta reipu. atq; exitia probate, annuite legibus impoſitis, Accipite ocium cum ſeruitio & tradite exemplum poſteris ad. R.P. ſuimet ſanguinis mercede circūueniendam. Mihi q̄q̄ per hōi ſummum imperiū ſatis quæſitum erat noi maioꝝ dignitati, atq; etiam pdio, tñ non fuit cōſilium priuata opes facere, potiorq; uiſa eſt periculoſa libertas quieto ſeruitio. Quæ ſi probatis adeſt Quiri. & bene iuuantibus diis, M. Aemilium Conſulem ducem & authorem ſequimini ad recipiendam libertatem.



Oratio Philippi in ſenatu.

Axie uellē. P.C. rēp, quietā eē, aut in piculis a pmptiſſimo quoq; defēdi, dēiq; praua icœpta cōſultorib⁹ noxæ

eſſe,

esse: sed cōtra seditionibus oia turbata sunt, & ab his quos prohibere magis decebat. Postremo quæ pessimi & stultissimi decreuere ea a bonis & sapientibus facienda sunt. Nam bellum atque arma quamquā uobis inuisa, tamen quia Lepido placent sumenda sunt, nisi forte cui pacem præstare, & bellum pati consilium est. Proh dii boni qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis. Marcus Aemilius omnium flagitiosorum postremus (qui peior, an ignauior sit deliberari non potest) exercitum opprimendæ libertatis habet, & se contempto metuendum effecit. Vos mussantes & retractantes uerbis & uatum carminibus pacem optatis magis quam defenditis. Neque intelligitis mollicia decretorum uobis dignitatem illi metam detrahi, atque id iure: quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cœpisset: cuius sceleribus tanta præmia tribuistis? At scilicet eis qui ad postremum usque legatos pacem concordiam, & alia huiusmodi decreuerūt gratiam habeo peperisse, immo despecti & indigni republic. habiti prædæ loco æstimantur, quippe metu pacem repetentes quo habitam amiserant. Equidem a principio cum etruriam coniurare proscriptos accersiri, largitionibus rēpubli. lacerari uidebam, maturandum putabam & Catulli consilia cum paucis secutus sum. Cæterum illi qui gentis Aemiliæ benefacta extollebant: & ignoscendo Populo Romano magnitudinem auxisse. Nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant cum priuata arma opprimendæ libertatis cœpisset, sibi quisque opes, aut patrocinia quærendo consilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus & paucis siccariis, quorum nemo diurna mercede uitam mutauerit. Nunc est proconsul cum imperio non empto sed dato a uobis: cum legatis adhuc iure parentibus, & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi flagrantes inopia, & cupidinibus scelerum conscientia exagitati, quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt. Saturnini olim post Sulpitii dein Marii Damasippique: nunc Lepidi Satellites, prætera Etruria atque omnes reliquiæ belli arrectæ, Hispaniæ armis sollicitæ. Mithridates in latere uectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur diem bello circumspicit quin præter idoneum ducem nihil abest ad subuertendum imperium. Quod uos oro atque obsecro Patres conscripti, ut animaduertatis ne patiamini licētiam scelerum quasi rabiem ad integros procedere. Nam ubi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An expectatis cum exercitu rursus admoto ferro atq; flāma urbem inuadat, quod multo propius est ab eo quo agitat statu q̄ ex pace & concordia ad arma ciuilia quæ ille aduersum diuina & humana omnia cœpit. Non pro sua aut quorum simulat iniuria. Sed legum ac libertatis subuertendæ. Angitur enim ac lacerarur animi cupidine, & noxarum metu expers consilii, inquies, hæc atq; illa tentans metuit ociū, odit bellū. Luxu atq; licētia carē

ASCE. Sed contra. s. uota mea. Quia Lepido placent, id inuidiose. Erat autem postmodum lepidus triumuir. i. unus trium: qui rempu. inter se dispertiti sunt. Postrem?. i. pessimus. Mussantes. i. nihil palam obloqui audentes. Optatis. i. uoto expetitis magis q̄ defenditis, quia non ea facitis per quæ pacem obtineatis. Mollicia. i. propter molliciam. Metam. i. terminum seuiendi. atq; id iure. i. merito non q̄ iustum aut meritum sit simpliciter, sed propter ignauiam ipsorum. Quid ille ob benefacta cœpisset. i. accepisset? q. d. nihil: cū nihil bene fecerit. At. s. irōia est, cui apte quadrat. s. legatos. s. de pace: pacem concordiam & alia huiusmodi: immo ipsi despecti & indigni. R. P. i. rep. æstimant habiti loco prædę, quippe. i. utpote qui repetentes metu. i. propter metum pacem, quo. i. per quem. s. metum amiserant habitam. s. pacem: quia nisi meticulosi apparuissent, nullus eis infestus fuisset. Cū. s. quando uidebam, etruriam. i. omnes etruscos: cōiurare cōtra Romanos. Proscriptos. s. ab aliis, accersiri. i. uocari ad ciuitatem & in urbem, ubi nescio an recte scriptum sit accersiri. Nam accersor dicitur accersi in infinitiuo: nec reperitur accersio aut accersior apud ueteres idoneos. Vnde illud accersi pro accerse Simonem: nouum est. (Accersor) Largitionibus lacerari rempub. quia publica priuatis dabantur, aut quia per largitionem respu. quasi deuicta est. Catulli consilia qui ut hanc orationem haberet consuluit. Gentis æmiliæ ut Pauli Scipiōis in eam adoptati. Lepidus qui postea factus triumuir: etiam de domo æmilia. Nam marcus æmilius Lepidus dictus est. Cum calonibus. i. utilibus militibus qui uallum & ligna ferrent in exercitu. Sicariis. i. homicidis occultis & obsessoribus uiarum. Diurna mercede. i. licet singulis diebus mercedem receperit. Concurrere. i. cōcurrerunt pe. lon. Est. n. pteriti temporis perfecti indicatiui modi. Flagrātes. s. cupiditate habendi, inopia. i. propter inopiam. Quies in seditionibus: quia tunc solum contenti sunt. Turbæ. i. commotiones animorum. Tumultum ex tumultu, quia nō sedant sed excitant eum. Satellites olim Saturnini tribuni plæbis: quem propter seditionem occisum diximus. Post Sulpitii: etiam factiosi. Nam. P. Sulpitius Tri. plæ. Authore. C. mario perniciosas leges promulgauit, ut exules reuocarentur & noui ciues libertiniq; distribuerentur in tribus &c. Qui cum in quadam uilla lateret indicio serui retractus & occisus est. Seruius ob mercedem manumissus est: sed ob infidelitatem saxo deiectus ē. Marius notus est. Vbi uero est damasippi legam Damacii. Nam Lucius Dama: prætor ex iussu marii omnem nobilitatem quæ in urbe erat trucidauit.

ASCE. ¶Sed phibete ne conari qdem.i.phibete non solũ facere:sed ne conari qdem, hoc est facite phibendo, ut nõ ẽt conari audeant. ¶Cõuersa.i.cõmutata. Malũ publicũ occulte sup.instruebat:qa palã instruere nõ audebãt. Disturbant.s.a Lepido & ei adhęrentibus. ¶Defendunt occulte.s pax & cõcordia. ¶Et sup.hi. quibus illa.i.talia placent sunt in armis: & uos sup. estis in metu. Lepidi mandata: inuidiose id dicit. Qui ait placere sup. sibi:&.i.at tñ aliena tenet. ¶Rescindi.i.dissolui dirimi, & ut dicunt adnihilari & adhuc barbarius annullari. ¶Ciuitatem confirmauit:repete qui placere ait. Qui negat ademptã. s.ciuitatem:hoc est libertatem ciuium. Et qui sibi placere ait tribunitiam potestatẽ restitui.s.plæbi.ex qua &c. Pessime oium cõuertit sermonẽ ad ipm Lepidũ. Cui nihil sup.ẽ domi.i. q nihil habes: nisi partũ armis.i.ui aut per iniuriã. ¶Quasi primũ uult dicere q nõ reddiderit q se pro cõsule adhuc gerit. ¶Quo.s.bello, disturbat iã parta cõcordia. Nři.s.nobiliũ:quos Sylla tutabat. Istis.s.tuis plæbeis. Inges.i. iqetus & turbulẽtus. In solitudie.i. desertos ab oĩbus nisi sit in sollicitudie legendum: aut sollitudine uno uocabulo pro insolentia. Merita.s.mala aut supplicia. Intutam.i.nõ tutã,hoc ẽ idefensam. Verbis nõ mãibus. Delectus.i. militũ ad bellũ delectiones. sunt hiti a lepido. Tãto bellũ acrius erit: qa timore uřo illi isolentiores erũt. Vñ subdit cũ itelliget se metu.s.uřo. Odisse.i.odio psequi. Nõ.n.i usu pitorũ ẽ odio in pñti uoce. Ita suadẽt illi.s. Lepido pacẽ a uobis, & suadẽt hoc ẽ suadẽdo inducũt uobis bellum ab illo. Torpedo.i.pigritia ex frigore & torpore ignauiæ. Scelerũ Cinnæ. Nã Cina & Marius cũ Carbõe & sertorio ianiculũ occupauerunt:& fugati ab Octauio cõsule recesserũt marius Antiũ & aritiã & lauiniũ colonias deuastauit,& cũ nulla oino spes eẽt optiatibus resistẽdi. Cinna & marius in urbẽ recepti eã uelut raptã cædibus & rapinis uastauerũt. Sin.i.sed si digna noie, sunt.n.senatores & patres dicti:uñ seueri eẽ atq maturi deberẽt ¶Fortunã, meliores. Prouerbiale.i.sicut illud maronianũ. Audaces fortuna iuuat. Vbi audẽtes qdã legũt. Dilabent.i. euanescent paulatim. ¶Interrex.i.fungẽs ipso:
Interrex aut cõsulatu iterea dũ noui cõsules creabant:qa lepidũ dixit scdm cõsulatũ peter. Olim aũt uerus erat iterrex & uerũ interregnũ,cũ mortuo rege donec nouus creabat cessabat regnũ,erat tñ q iterea offõ regis fungeret. Procõsule.i. q ptãte cõsulari extraordinẽ fungit,cũ uerus consul nõdũ sit:aut nõ oĩa admistrare possit. Ne quid detrimenti: id fere cõsulibus pcipi solet.
Mors lepidi Et hæc de oratione Philippi in senatu cõtra Lepidum, qui cum acta Syllæ tentaret rescindere bellum excitauit. Et a quĩto Catul.collega italia pulsus est & in sardinia frustra bellum molitus periit.

dum uidet atq interim abutit uestra secordia. Neq mihi satis cõsilii est metum an ignauiam an dementiam eam appellem, qui ut demini intenta mala quasi fulmen optare se quisq ne attingat. Sed prohibite ne conari quidem & quæso considerate, q̃ conuersa rerum natura sit antea malum publicum occulte, auxilia palã instruebant, & eo boni malos facile anteibant. Nunc pax & concordia disturbant palam, defendunt occulte. Quibus illa placent in armis sunt, uos in metu. Quid expectatis nisi forte pudet, aut piger recte facere. An Lepidi mandata animos mouent. Qui placere ait sua cuiq reddi, & aliena tenet. Belli iura rescindi cum ipse armis cogat, ciuitatem confirmari:qui ademptam negat, concordiæ gratia tribunitiam potestatem restitui ex qua omnes discordiæ accensæ, pessime omnium atq impudẽtissime tibi ne egestas ciuium & luctus curæ sunt?cui nihil est domi nisi armis partum, aut per iniuriam. Alterum consulatum petis quasi primum reddideris, bello concordiam quæris quo parta disturbat nostri proditor:istis inuidua hostis omnium bonorum ut te:neq hominum, neq deorum pudeat, quos perfidia aut periurio uiolasti. Qui quãdo talis es:maneas in sententia, & retineas arma. Te hortor nec prolatandis seditionibus inqes ipse, nos in solitudine attineas, neq te prouinciæ, neq leges:neq dii penates ciuem patiunt. Perge qua cœptas, ut q̃ maturissime merita inuenias. Vos autem. P.C. quo usq cunctando rempu. intutã patiemini & uerbis arma tentabitis? Delectus aduersum uos habiti, pecuniæ publicæ & priuatim extortæ:præsidia deducta atq imposita, ex libidine leges imperãtur. Cũ interim uos legatos & decreta paratis: & quanto me hercle auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit, cum intelliget se metu magis q̃ æquo & bono sustentatum. Nam qui turbas & cædem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepido uos inermes retinet, quæ uictis toleranda sunt, ea cum facere possitis patiamini potius censet:ita illi a uobis pacem, uobis ab illo bellum suadent, hæc si placent si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti scelerum Cinnæ cuius in urbem reditu decus atq ordines omnes interierunt. Nihilominus uos atq coniuges & liberos Lepido permissuri sitis, quid opus decretis?quid auxilio Catulli? quin is & alii boni. R.P. frustra curant. Agite ut libet, parate uobis Cethegi, atq alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia instaurare cupiunt, & rursus aduersum deos penatis manus armare. Sin libertas & uera magis placent, decernite digna nomine, & augere ingenium uiris fortibus:adest nouus exercitus, & ad hoc coloniæ ueterum militum nobilitas omnia:duces optimi, fortuna meliores sequitur. Iam illa quæ secordia nostra collecta sunt dilabentur. Quare ita censeo, sed quoniam Lepidus exercitum priuato consilio paratum cum pessimis & hostibus reipubli. cõtrahit, ordinis authoritatem ad urbem ducit uti Ap. Claudius interrex cum Qui. Catullo proconsule, & cæteria quibus imperium est urbi præsidio sint, operamque dent ne quid respublica detrimenti capiat.

Oratio.C.Cottæ consulis ad populum.


